MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80458-2

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

GOEBEL, PETER EDUARD

TITLE:

QUAESTIONES LUCRETIANAE...

PLACE:

SALISBURGI

DATE:

1857

Master Negative #

92-80458-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87196
EG

Goebel, Eduard, 1831-
Quaestiones Lucretianae criticae, quibus et de codice Victoriano disputatur et de versuum circiter CXL emendatione agitur; scripsit Dr. Eduardus Goebel... Salisburgi, formis typographiae Duyleanae, 1857.
33 p. 27½ cm.

128648

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-21-92 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



87L96 EG Q
Columbia University
in the City of New York
Library
Special Fund
Given anonymously

848.

QUÆSTIONES LUCRETIANÆ CRITICÆ

quibus

ET DE CODICE VICTORIANO DISPUTATUR ET DE VERSUUM CIRCITER CXL EMENDATIONE AGITUR.

Scripsit

DR. EDUARDUS GŒBEL

Gymn. reg. caes. Juvaviensis collega.

Salisburgi 1857.

Formis typographiae Duyleanae.

Quaestiones Lucretianae criticae.

Caput I.

De Lucreti codice Victoriano.

Non obstant hae res per illas cuntibus sed circa illas haerentibus.
Quintil. I. 7. 35.

Unius stirpis codicum Lucretianorum Lachmannus, de Lucreti diorthosi longe meritissimus, quo excellebat ingenii acumine, tria genera distinguenda esse docuit. Primi generis exemplar exstat unum, ex ipso illo libro omnium archetypo saeculo nono descriptum, Leidensis codex *Oblongus*. Hunc A nota infra signari volui. Alterum genus est Italicorum, qui, quotquot sunt, ex uno eo codice, oblongo simillimo, descendisse videntur, quem Poggius e Germania advexit. Cuius generis cum nullum sibi exemplar innotuisset ab Italorum hominum interpolationibus liberum, qualia *olim impressorum* editoribus praesto fuisse constat, Lachmannus in commentariis rationem habere nec voluit nec potuit. Tertii denique generis duo exempla idem demonstrasse sibi videtur, utrumque saeculo decimo factum, neutrum ita ut ipsum archetypon librariis ante oculos fuisse appareat, alterum Leidensem librum *Quadratum* (quem b signabo), alterum non integrum, cuius VIII schedae Hauniae, X Vindobonae servari dixit.

Atque hac quidem in re eum errasse, nec duo sed tria exempla vel unum et duorum fragmenta exstare dicendum fuisse, exposui nuper in Museo novo Rhenano, [1]) ubi ea ratione, qua certior et evidentior nulla est, *schedas Vindobonenses* unius eiusdemque codicis non fuisse evici. Neque vero mirandum, Lachmanni acumen id fugisse. Etenim ille nec ipse schedas tractavit et parum idoneos — ut ipse dicit — auctores sequitur. Ceterum recte videtur statuisse, cum nullam *propriam* schedarum esse auctoritatem, tum earum librarios (utriusque autem codicis Vindob. plures sunt) summa negligentia et, quod mihi videtur, latini sermonis ignorantia peccavisse. Nisi forte propterea lenius iudicandum erit, quod librariis non ipsum archetypon sed aliquod eius exemplar iam et ipsum vitiosum et cursivis, quas dicunt, litteris exaratum ante oculos fuisse manifestum est. Priores tamen sex schedae paullo maiore cum cura ac diligentia scriptae sunt.

Nihilominus schedarum (utrumque codicem c dicam) testimonium, quo aliquando Quadrati auctoritatem imminui ipse Lachm. dicit p. 9, negligendum non erit.

Sed multo maioris momenti fore ad criticam Lucreti factitandam, qua in re etiam post Lachmanni curas non pauca restare rectius constituenda periti consentiunt, si secundi generis exemplar aliquod reperiatur Poggiani libri fontem purum atque integrum servans, unusquisque facile intelliget. Eiusmodi igitur librum in bibliotheca regia Monacensi inesse *Leonardus*

[1]) Vide Vol. XII. fasc. 3.

OCT 13 1907 Brockhaus
412761

Spengelius primus indicavit,[2]) quem secutus *Guilelmus Christius* ante hos duos annos de codice illo, olim Victoriano, accuratius inquisivit ac disputavit in programmate, quod boni fructus haud paulum attulit.[3])

Eius disputationis summa haec est p. 6. „ut ne iis quidem locis, quibus aut cum alterutro Leidensium aut solus verum exhibet, integritas eius codicis in dubium vocanda nec minor fides ei quam Oblongo aut Quadrato seorsum a reliquis vera praebentibus habenda sit.“

Quod cum mihi tum plane persuasisset, paulo post, ubi magna mea cum voluptate factum est, ut et illum et *Halmium* v. c. Monachii viderem. codicem illum meos ad usus excutiendum mihi petivi atque per eundem Christium, virum egregium, ab Halmio, cuius liberalem benevolentiam satis laudare non possum, impetravi. ita ut per quinque menses librum hic apud me habere et plus semel commodissime pertractare potuerim. Eius igitur collationis, quam satis diligenter et contenta oculorum acie me instituisse promittere possum, antequam pluribus quae de illo libro mea sit sententia disseram, una cum reliquorum codicum scriptura partem aliquam, eamque versuum libri II 642 seq. ad 1174, ut qui etiam in schedis[4]) legantur, nunc publici iuris faciam, quo alii quoque viri docti, huius rei gnari ac periti, res qualis sit iudicare possint.

---

646 diuum *d ut solet* || 647 Immortali *d ut fere solet* || 648 a nostris *bc.* a rebus nostris *d* || 648 et 649 *uersus ordine inter se commutato exhibet d* || 650 nihil *Abcd.* || 651 nec *d*, *uti in primo libro* v. 49 *Abc* || 654 effertur *d* || 655 Nec *d* | uocarem *c* || 656 Constituet *Abcd* | bachi *d ut solet* | numine *A.* nomen *d* || 657 Mauult *d ut solet in talibus* || 658 et dicit *c.* dititet *d* sed *pr. m., ut videtur. c supra scriptum* || 663 uno quae c | sedentes *Abc* || 664 uiuunt *d quod amplius non curabo* | spetie *cd* | retinente parente *Abcd* || 665 que *pro* quaeque *c* || 666 genere *omittit c* || 667 est *supra scriptum in d*, *sed vid. pr. m.* | fulfumine *c* || 668 quemuis *d*, *sed e in lit.* | una *Abcd* || 669 humor *d constanti more* || 672 ignis *c* || 673 nihil *Abc et. ni fallor. d. Qua in re archetypon iam errasse videtur post* nihil *c addit* est traduntur *Abc.* tradunt *d* || 674 igne *Abc.* lignem *d* pr. | submittere *Ad.* summitere *bc* || 675 atque *d* || 678 corpora *d* || 680 Relligione *d ut fere solet* | parato *Abd. nisi quod super alt. a vocal. punctum addidit A.* parto *in ras. (vel laesura?) c* || 681 cum dolore *Ad.* hodore *c* primis pleraque *Abd*, *eadem in c*, *sed litteris* misple *in lit. aut laes. pr. m., ut uidetur, scriptis* || 683 aqua *d* | sucus *Abcd* | hit *c* || 684 Sucus *Abcd* | sorsum *semel Abc.* sursum *semel d* | saporem *d* || 685 primis *Abcd* || 688 Quando *d frequenti errore. e compendio orto. Ita* v. 1013. 1026. 1079. || 690 interre *c* | et *pro* ac *d* | uerna *Abc* | neccesse est *c.* necessest *d* | 691 Confitere *c* || 692 Nam *d* | communis parum *d* || 693 nulla *Abcd* || 694 uulgo *cd. Ita consentiunt* v. 701. 724. 920. 1171 (enum) constet *supra adscripto n A.* constent *c.* constant *bd* || 695 in *supra scriptum pr. m. c.* | communia *uti aliquotiens neglecto geminationis signo d Ita* v. 863. 1153. || 696 primordia rerum *Abcd* || 698 freratur *c* || 700 Connecti *d. ut solet fere, quod semel dixisse satis habeo. Ita* v. 704. 712. 716. 726 etc. | est *om. c* || 701 portenda *d* pr. || 702 species *ut saepius d* || 705 flammas *d* | ores chymeras *d* || 706 omnia parentis *Abc.* omnia parens

[2]) Gelehrte Anzeigen der k. bair. Akademie XXXIII p. 771 ff. (1851).

„Dagegen ist Florenz' im Besitze einer Abschrift des Lucrez von der Hand des Niccolo, und bei der Gewissenhaftigkeit dieses Mannes kann diese als ein treues Abbild des ihr zu Grunde liegenden Codex gelten. Es ist gewiss keine Täuschung, wenn man annimmt, die Pergamentschrift der Münch. Bibl., einst im Besitze des Petrus Victorius, sei mittelbar oder unmittelbar daraus hervorgegangen; sie giebt in ihrer ursprünglichen Gestalt — denn sie ist später vielfach emendirt — den Zustand genau an, in welchem dieser Dichter den Italienern überliefert war.“

[3]) Quaestiones Lucretianae scr. Dr. Guil. Christ. Monachii 1855.

[4]) Schedarum Vindob. collationem fraterna voluntate mihi paravit *Antonius Goebel*, et iterum, si quid forte omisissem, hanc adnotationem omnem cum schedis contulit.

d || 707 nihil *Abcd. De Leidensibus Lachm. dixit* p. 27, *quibuscum fere faciunt schedae; in Victor. aliquanto saepius exstat brevior forma, velut* v. 1028. 1037. 1057. | quandoque *c (in macula fusca, num pr. m. dubium)* || 708 genitrice *d ut solet* || 710 it *c* | necessu est *c.* necess est *d. ergo in archetypo, quoniam* necessust *Ab exhibent, exstitisse conicio*

E

NECESSVST || 712 discendunt *d* || 713 et *d* || 714 Reijcere *d ut fere solet* || 715 et *cd vel, ut c saepissime etiam in mediis vocabulis exhibet*, & || 716 inte *Abc.* intra *d* || 717 Vitales *d ut fere solet e perverso studio* || 719 hijs *d paene constanti more* | quidam *b* | discriminat *d* | omnis *Abcd* || 721 cumque *Abc.* cunque *constanti more d* | necesse est *c* || 724 Sequia *c* | omnibus. *hae duae litt. in laes. sed pr. m. in c* | 725 necessest *d* || 727 motusq; non *d* || 730 dulce *Abc. sed hic praeterea* dulceq; sita || 734 Neve *bc* | que i. e quae *Abcd* | imbuta *d ut fere solet* colorem *d* || 735 Preterea *d* materia *Abc. pari modo peccat c in* v. 737. 899. 963. 1002. 1019. 1057. 1065. | 736 tinta *c* | colose *Abc* || 739 Inq; *d* || 740 Pose *c* || 741 quum *c* | soli *d* | numina *Abcd* | nunquam *d more suo* || 742 Despexere *Abcd* | cognuscant *c* || 743 nulla *c* || 744 menti quoque nostrae *d* | 745 Verti *d* | circumlita *d* || 746 ceci *d* || 747 aut *bc* | ullos s. tigta collore *c* || 749 et omnis *Abcd* || 750 aut *b* || 751 Immutabile *praeter solitum d* | necesse est *c* || 752 anihilum *c* | reducantur *d* || 753 Non *c* || 754 Coftituo (Sic!) *c* | mors hoc *d* || 755 contingua. semina *una s erasa c* || 756 reddant *c* | ad nihil *d. cum reliqui* ad nihilum || 757 principiis *c* pr. || 758 Redite *c* || 759 omnigenus *Abc.* omnigenos *d cum corr. Obl.* | gi. gunt *cv. erasa littera tertia et supra* u *vocalem m. 2 lineola addita* | coleres *c* || 760 Praeterea *Abcd* || 763 Perfacili *d* | exemplo *Abcd* || 765 possunt *Abcd* || 767 candent imarmore *c. pr. m. ut vid. litt.* n *supra scripta* | flucti *c* pr. || 769 Matries *c* | permixtae stillus *(per e cum virgula scriptum) c* || 770 mutatis *d* | q:dam *c* || 772 Quod scaeruleis *c* pr. | constrarent *c* || 774 quocunque *d more constanti, quod semel dixisse satis habeo* || 778 Et *c* || 779 Esse citur *c* | *idem pr. m.* qudam, *supra* u *scripto vel* id *vel* od figuras *Abc* || 780 uti in *Abcd* || 781 aequora *Abcd* || 783 calores *Abc* || 785 esse *pro* omne *d* extra *Abc* ex *d* || 786 Ad *c.* Aut *d* | impediunt *constanti usu d* | proibentque *c* || 788 et *omittunt Ad* | inlicitutribuamus *Abcd. huius corr.* ut illicitum hoc || 790 creatur *Abc. In d addita est lineola. ut vid. m. pr.* || 791 Neque *Abcd* | cluunt *d* | ea *in exitu Abc.* ea et *d* || 795 Perterea *c m. pr. quae eadem correxisse vid.* || 797 uata *c* pr. || 799 qui in ipso *d* || 800 & *(quod punctis additis damnatum est)* aut *A.* q *(item punctis damn.)* aut *b* | refulget *Abcd* || 801 pacito *c* || 802 Quaesit acceruices *c.* Quesita *d* | circumq; *d* || 803 Nanque alia *d. illud eadem constantia qua alia eiusmodi* | rubro *A.* robro *b* || 804 fit *om. d* | ut *d* || 805 caeruleum *Abcd* | zmaracdos *A.* smaragdos *d* | 806 *Versus non reperitur in schedis* | largo *Ab.* || 807 obuesa *c* || 809 posset *Ab.* posse *cd cum corr. Quadr.* || 812 et nigrum *d* || 813 Necreferte aque *c. sed huiusmodi innumera non enumerabo* | tangit *d. Post hunc male iteravit versum* 816 *d* || 814 sunt *Abcd* | magnis *Abc* | fugura *Ac* || 815 Sire *c* | colore *Abcd* || 817 figura *d* || 819 sitore *c* || 821 Omnigenus *Abc.* omnigenis *cum corr. Quadr. d* | ingere *c* || 822 uolantes *d, quem morem non amplius curabo* || 823 albus pignis *c* | pennis *d* || 824 cygnos *A.* cynos *c.* cignos *d* || 826 netiam *c.* resque minutas *c* || 827 Distraitur *b.* Distraitus *c* | hoc magis magis *bc.* magis hoc magis *a corr. Saxone in lit. totidem litterarum A, quocum facit d* || 828 estingui quecolore *c* || 829 aurum *Abcd* || 830 poeniceosque *c.* phenice usque *d.* | clarissimis *c* pr. || 831 distractum est disperditur *Abcd* || 832 efflari *c* || 833 Particolas *b.* | discedunt *A.* disceduant *bc.* discendunt *d* || 835 sit *d* pr. || 836 attribuas *d ut fere solet* || 840 Ne *Abc* || 841 notaque *Ad* notaquae *bc* || 842 solos poliita *A.* solus poliita *bc* || 843 et *pro* etiam *d* | tepopis *c.* toporis *d* || 844 afrigoris omnio *c* | uapores *d e perverso illo ac falso studio* || 845 et una *Abcd* | fruntur *c* || 846 proprium *Abcd* || 847 blandumst apteque licorem *d* | stactaque licorem *c* || 848 qui in naribus *d* || 849 instituat *d* || 850 Quod . possis *Abcd* | inolentes *c* || 853 suo . *erasa litt. d* | contractas *Abcd* | pendere *d* || 854 Propterea *bd* | eundem *d pr., a corr.* tandem | rem *omittunt Abcd* || 855 gignendis *ut fere solet in talibus d,*

velut v. 922. || 857 rationem *c* || 859 Cetera quecunque *d* | ut *om. d* || 860 Mollia *Abcd* || 861 aprincippios, *sed antiqua m.* i *ex* o *facta, itemque pr.* seguncta *c* | neces est *c* || 862 sciuolumus *c* || 864 nihlum *d*, *sed primo librarius scripturus erat, quod in reliquis exstat,* nihilum || 865 Nuncce acquae *c* | necesse est *c* . necess est *d* || 867 consistare *Abc.* putare *d* | manifesta *d cum corr. antiquissimis* . manufesta *c cum lineola supra* u | reputant *Abcd* || 868 cognitaq; *c* || 871 uerum est *pro* uermes *c* || 872 Stercore daetro *c* | sibi inacta *Ab* . sib inacta *c* . sibi nata *d* pr. || 873 ymbribus *d, ut solet pr. quod deinde corr.* hymbribus *facit* | humida *d constanti usu* | tellas *c* || 874 in idem *d* || 875 in frondes *Abcd* | pauula *bc* || 878 in corpore *d* || 879 naturas cibus *c* || 880 omnis *d quod mireris* || 881 atque *cd* | arrida *d constanti usu* || 882 et ignis *Abcd* || cum mixta *c* || 886 quid id *addita supra lineola* (= idem?) animum *c* || 887 uarius *c* | exprimere *d* || 888 Ex sensilibus *d* || 889 linna *d* pr. || 891 fedus *Acd.* | sedus *b* | decedit *Abc* || 893 Sensilia etemplo *A.* Sensilia et templo *bc* . Sensile templo *d* || 894 quam ula *d* || 895 forme *c* || 896 Montibus *c* || 897 gleuisque *bc* || 898 putrefacte *c* || 899 qui *d* || 902 ex sensilibus *Abcd* | q *addita infra lineola ut sit* qui, *a corr. factum ex* q; (i. e que) *vel* q *cum lineola supra addita* (i. e quae) *d* || 903 sueti *Abcd* | Mollia cum *Abcd* | .nam *initium in ras. m. alt., ut videatur fuisse* etiam *d* || 905 quae cumque *Abc* . quecunque *d* || 907 etherna *d usu constanti, quod semel indicasse satis duco. Sine aspirata tamen invenitur* v. 1055. || 909 similis *Ad.* similes *bc* | putam *c* || 910 Aut *Abcd* | queant *d* pr. || 911 alios *Ad* . alius *bc* . respuit *Abcd* || 913 sensus pars ulla *d* || 914 Linguitur *c* | assimilentur *d, uno s supra adscripto sed m. ant.* || 918 Atque *d solus* | animalibus mortalibus *Abcd* | uneademque *c* || 919 abeoretu *Ab* . habeoretu *c* . ab cetu *d* || 920 uulgo *c* pr. *sed* u *cum lineola supra scripto pr. ut vid. m.* | turpamque *d* pr. || 921 ut *om. c* | nequeant *Abcd* || 923 Sicutidemque *b. (In c sic dispescuntur:* Sicitu dem ques entibus). Sic igitur *d* | sint . . . . *in litura maioris spatii factum est*, i *litt. correcta,* sent*imus d* . sentibus *c* | necess est *d* || 925 aliud *d* | qui opus *c* . quod opus *d* | attribu it *[recta lineola* (i. e i?) *supra* it *addita] c* . id *om. d* || 927 Quatinus *c* | *onoua (no litt. punctis damnatae), c* || 928 alitum *Abc* | uermis q *addita infra lineola* (qui) *d* | offeruere *Ad* . offerruere *bc* || 929 Intempestiuus *Abcd* | quam *Abc* . quem *d* pr. | Coepit *b* . cepit *supra scripto* o *litt. c* | ab ymbris *d* || 930 sensilibus *d* || 932 Posse ea *Abd* . Ponse ea, *sed* n *punctis damn. c* | mobilitate *d, sed* o *in lit.* || 933 proditum extra *Abcd* || 934 Icuic *Abc* | illutrerit *c* | probare *litt. postr. m. sec. d* || 935 nec *pro* nisi *d frequenti errore e compendio* || 936 Commutari quicquam *c* | 937 illius *cd* || 938 lesam *Abcd* || 939 diecta *c* || 940 terraque *Abcd* | creata *b* || 941 meo *d* pr. *sed correxisse vid. m. pr.* || 942 omnetnentes *Abcd* || 943 animantem quamque tuentur *Abcd, nisi quod* quanque *d* || 945 refligit *c* . affligit *d* || 946 adque *c ut fere solet. Itaque seorsum a Leidd.* v. 988. 1168. || 948 impediuntur *d quem morem amplius non curabo* || 949 actus *d* pr. || 950 nodoso corpore *d* || 951 cauias *Ab* . quauias *c* . cauiam *d* | cucit *d* || 952 itum *c* || 953 discutpere *c* | *sed pr. ut vid. m. ex* p *factum est* t | a dis soluere *Ab* . addissoluere *c* || 954 oblata *Abcd* | agriter *Ab* . agiter *c* || 956 tumultu *d* || 958 q, *addita et infra et supra lineola* i. e quam *d* | dominare *d* pr. *unde corr.* r *in* t *mutato et duabus virgulis additis fecit* dominantem | motu *d* pr. || 959 Discuttere *c* | admisso accedere *d* pr. || 960 potus *c* || 961 possint *Abcd* | coniecta *Abd* . conecta *c* || 962 Quamque *c* | sit *d* || 963 Praeterea *Abcd* || 964 per *om. priori loco c* || 965 sus *c* | properant *d* || 966 In quo *Abc* | migrant *d* pr. || 968 nulamque *c* | carpere *c et d* pr. || 969 Quandoquidem quando ex *c* . Quandoquidem oia *cum compendii signo ut sit* = omnia *d* p || 972 Aut *cd* | ullo *postr. litt. in lit. d* || 973 ut . quaequae *c* || 974 Principiisii am *c* || 975 properaptim *d* pr. | autumst *A* pr. auctum est *bc* . auctumst *d cum corr. Obl.* || 976 cacinnant *Ab* . accinnant *c* . chachinnant *d* || 977 lachrimis *d constanti usu, ut semel dixisse sufficiat* | pargunt *Abc* || 978 calent *c* || 979 proporroq; sint promordiq; runt *c* || 980 tota moralibus assimilata *d* | adsimilata *c pr., sed* u *supra scripto* || 982 ali ex *Abc* . alij ex *d cum corr.*

Obl. || 984 ea hec *d* pr. || 985 det ira *Abd* . ira *om. c* | terminus *d* || 986 ridentibus auctus *Abd* ridentis auctis *c* || 989 que antea que *c* || 992 liqnt *cum compend. signo ut sit* liqntur *d* || 993 Humoris *usu constantissimo d* || 995 ferrarum *ita saepius, velut* v. 1076. 1081. *c* || 996 quibus *om. c* | corpore *c* || 998 adempta *Abc* || 999 iter *d* pr. || 1000 missus *Abcd* || 1001 rusum *c* . cursus *d* | relatum *cd* || 1002 ut res *Abcd* | materia *Abc* || 1003 coctum *d* pr. | dissipat *d* || 1004 coniungit et efficit *Abc* . contingit et efficit *d* || 1007 refferre *cd* | earum *Abcd* || 1008 Cu . *in lit.* m *litt. d* || 1011 qdem *add. lin. infra* i. e quidem *pro* quod *d* | in summis *Abd* . immis *c* || 1012 et roterdum *c* | subito *ante* nasci *addit d* pr. || 1014 qualis *c* || 1015 = I 820 *Abcd* || 1016 Significant eadem fruges arbusta animantis *Abcd , nisi quod* animantur *d* || 1017 sint *Abcd* | par est *Abc* || 1018 uero *c* . rerum d | aures *pro* res *c* || 1019 in *om. c* | am *pro* iam *c* || 1020 Interualla uias conexus pondera plaga es *A* . plagaes *b* . pondere plages *c* . plagas *d* || 1023 animam *c* | nobis *om. d* pr. | adhibueram *Abcd* || 1024 uehementes *Ab* . uehem *c* . uehementer *d cum corr. Quadr.* | ausris *c* || 1025 Accedere *Abd* . Accredere *c* || 1027 Difficilem *d* || 1028 ado *cum lin. supra* o *facta c* | quiquam *d* pr. || 1029 minuant *Abcd* | miraliter *Abc , erasa* t *litt. in* A || 1030 Principio *Abcd* || 1031 cohibent *Ab* . cohiben *c* et *d* pr. | paulatim *d* pr. | sydera *ut constanter scribere solet d* || 1032 et *om. d* || 1033 essent *Abcd* || 1034 sunt *c* || 1036 quo clauderent *d* || 1037 Nihill *c* | speties *c* || 1038 nem offensus *c* | saciate *b* || 1040 exteritus *c* || 1045 forum *d* || 1046 si tibi *d* | ut uelit *d* pr. || 1047 tactus libero *Abcd* | quo uolet *Ad* || 1048 omnes *d* || 1049 supra *om. Abcd* | superque *Abcd* | per *om. c* || 1050 ipsa *c* || 1052 facto *d* | uerist mile *A* . uerist mille *bc* | putandum est *A* || 1053 conuorsum *d* | iacet *d* || 1054 Semique *d* || 1056 Nunc *d* || 1057 forum *d* || 1059 ut *om. Abcd* | offensanda *c* || 1060 iacta *d* || 1061 colerunt *Abc* . colarunt *d* | coniecta *Abcd* || 1062 flerent *bc* | ex ordine *Abcd* || 1063 Terram anis *c* . Terra mareque celi *d* || 1064 fanteare || 1066 complexsu *c* || 1067 materias *c* | est *om. d* pr. || 1068 res cum causa *c* || 1069 debent mirum et confierintres *c* || 1070 et *pro* ex *Abd* . ad *c* | sed tanta *c* pr. *sed eadem m. corr. vid.* || 1071 animantem nun quo ad *c pr. sed* u *et* o *litt. corr.* || 1072 Vis *Abcd* | naturam *c* || 1073 quaeque atsimili *A* . que queat simili *d* . quaeque adsimili *b* . q;q; adsimili *c* || 1074 confitere *c* || 1078 gignantur *Abc* | sola q *cum lin. supra add.* (i. e quae) *d* || 1079 alioquoiuis *A* . alio quouis *d* . aliquoiuis *b* . aliquo iussi et *super* us *scripta* i *litt. d* || 1080 indice mente *Abcd* || 1081 Inuenisse *Abcd* || 1082 geminam *Accd* || 1084 rationem fatendo est *c* | facendumst *d* pr. || 1085 ceteram *c* || 1087 uitae pactus . alter *c* || 1088 etiam *d* || 1089 quod his *Abc* . quidem his *d* | generat in *A* . *idem in d* pr. *fuisse vid. antequam raderetur et corrigeretur* | habundant *b* . abundant *c* || 1090 bene *om. c* | sunt eneas *c* . sit eneas *d* || 1092 suo *d* | ex. æs *supra scripto* sp , *pr.* expars *fuisse vid. c* || 1093 per sancta *d* || 1094 placido *d* | aeuo multamque *Abd* . aeuo multaque *c* || 1095 inmensi *d praeter solitum* || 1096 moderainter inter habenas *c* || 1097 conuerteret omnis *Abd* . conuertere *c* || 1098 etheris *c* pr. ethereis *d* | terra *A, d* pr. || 1102 in *om. Abcd* | decedens *Abd* . decendens *c* || 1106 mare *d* | quoortum *c* . cohortum *d ut fere solet* || 1107 additam *c* || 1108 Seminaque *c* || 1110 Appariret *Ab* . Apperiret *c* . Apparet *d , cuius corr.* Aptaret || 1112 cunque *d* | plagis *om. d pr.* || 1114 terre *c* || 1115 aetheraque *A* . aetheraquae *bc* . ethereosque *d* | aer *om. Abcd* || 1116 Denique *d* | extremum *Abcd* | perficia *c* || 1117 cracreatrix *Abc* || 1119 quidem *e comp. ortum d* || 1122 hilar *Abc* . hilari *d* | adauctum *d cum corr. Quadr.* || 1124 cora *pro* corpora *Ab* . cor *c* . || 1127 q *cum lin. infra add.* (i. e qui) *d pr. pro* q *cum lin. et infra et supra* (i. e quam) || 1128 Nam que certe *c* | atque *d* || 1129 plura *om. c* | debet *Abc* . || 1130 sumum *c* | robur *d* || 1132 paiorem loquitur *c* || 1133 quanto am . . . plior, *supra elutas litt.* estres *scriptum est pr. m. c* | ampliuo agmine *d pr. m., sed eadem correxisse vid.* | aucmine *bc* || 1135 dispergit *d cum corr. Obl.* dispgit *litt.* p *perducta b* | aetas e *A* . etas et *d* . et a se *bc* || 1136 deditur *Abcd* | eu . *una litt. erasa d* (eius?) || 1137 largo *d* pr. | et estuat estas *c* || 1138 queant *Abcd* | suborri aut *d* | suppeditare *cd* || 1139 rarefactas fluenda *c* || 1140 extermis *c* || 1142 *Versum omittit*

c || 1144 magni *om. c* || 1145 putris *Ab* . patris *c pr. sed supra scripto* u | rumas *c* || 1146 integra renouando *d* || 1147 cibus *semel Abcd* | et omnia *d* , *cuius corr.* ac omnia || 1148 Necquiquam *A* . Necquicquam *bcd* | mecuene *cum lin. supra* u *c* || 1150 facta *Abcd* || 1148 Necquiquam *A* . Necquicquam *bcd* | mecuene *cum lin. supra* u *c* || 1150 facta *Abcd* | effectaque *Ad* . effecaque *b* || 1152 parta *d* || 1153 Haut *bc* | opinore immortalia *Abc* , *nisi quod* inmortalia *bc* . opinor . imortalia *d* , *rasum inter vocc. sed* e *supra scriptum m. pr.* || 1154 dimisit *d* | finis *c* || 1155 plangenti *c* || 1158 cuncta *pro* ipsa *d* || 1160 Qua *Abc* | libera *c* || 1161 uiribus *d* || 1162 suppeditari *d* || 1163 laborem *d* || 1164 capud quas sangrandis *c* | supinat *d* || 1165 magnum *Abcd* | laborem *d* || 1166 temporibus presentia tempora *d* || 1168 uiti *d* | fatigat *pro* uictae *Abcd* || 1169 *Versum omittit d* | nomen *c* | saeclumque *A* saeculumque *bc* , *sed antea* in *addit c* || 1170 antiquum *d* | ut pletate *A* . suppletate *b* . suppleta *c* || 1172 esse dagri *c* | multimodos *d* | diritim *Ab et c* , *in quo tamen*. aritim *pr. fuisse vid.* || 1174 scopulum *Abd* . scopullum *c* | spaclo *c* | defensa *c* . deffessa *d* pr. ||

TITI LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA LIBER II EXPLICIT, INCIPIT III

Itaque haec si quis iam pertractaverit atque cum Lachmanni commentariis (eius autem editionem, ut par erat, fundamentum esse volui, quocum consentire codices, ubicunque nihil rettuli, ex meo silentio colligatur) contulerit, cum alia quae expositurus sum tum hoc primo statim adspectu intelliget, quanta cognatione et schedae cum Quadrato et cum Oblongo Victorianus contineantur.

Et quoniam schedas quidem, ut supra monui, multis eisque certissimis indiciis ex libro minusculis vel cursivis litteris scripto fluxisse cognoscitur, ne Quadratum quidem, quippe cui tot scripturae, ab Oblongo ac Victoriano alienae, et vel minimae varietates cum schedis communes sint,[5]) alio ex fonte nisi hoc eodem archetypi apographo manasse existimo. Similis nec tamen eadem est causa, cur Oblongo proximi fratris sive filius sive nepos sive pronepos, Victorianum dico, tantopere assimiletur. Qui si praeterea multa habet propria, id unde evenerit nec ad cognoscendum difficile est, et infra patebit. Omnes denique non pauca vestigia et bona ac probanda et vitiosa atque emendanda ex uno eodemque archetypo illo servare, non est quod moneam.

Sed reliqua nunc omittam, de Victoriano autem, quoniam quod nuper enuntiavi a Christio aliquantum discrepans iudicium, id me pluribus comprobaturum esse promisi, paulo accuratius iam dicturus sum.

Dixi igitur, non esse quod non magnopere detecto Victoriano codice laetemur. Nam hoc iam satis magni aestimandum est, quod fons, unde libri olim impressi manaverunt, nunc magis nobis in aperto est. Quorum editores iniusto acerboque iudicio Lachmannus multis locis vel inscitiae vel temeritatis incusavit, ubi fideliter suos libros msptos illi secuti sunt. Rursus autem non paucas coniecturas hominibus Italis, sive Marullo sive Antonio Marii sive aliis tribuit, quas e Poggiano libro desumptas esse Victoriano codice edocemur. Itaque ex ea parte, quam proposui, in Victoriano comparent, quae Lachm. adscribit Marullo vv. 893. 919. 1061, Antonio Marii 673. 716. 790, utrique 1078, Italis 1029, Italis et olim impressis 1129. 1160. Id igitur Christius p. 8 seq. luculente ac vere. Eidem tamen quod de fide Victoriano codici habenda enuntiavit assentiri non possum, non ideo quod tam seri temporis sit (est autem saeculi XV) ac per plures gradus descendens plus depravationis traxerit, quamquam ne hoc quidem negari debet, sed quia librarium, sive ipsum hunc sive superiorem aliquem dices, adeo religiose quam Christius statuit rem suam egisse concedere nequeo. Immo permulta de industria suoque arbitrio aliter atque scripta invenit, transcripsisse dicendus est. Cuius rei tria haec argumenta proferam.

[5]) Cf. supra vv. 648. 734. 833. 841. 842. 893. 909. 911. 928. 1062. 1073. 1079. 1115. 1133. etc. Sic uterque codex exhibet I 759 *reneni* | V 962 *tucebat* | VI 862 *Partene* | 1272 *manebit*; uterque omittit *vesco* v. I 326, *via* VI 1146, quo loco etiam de *voci* scriptura consentiunt. Talia sane mira forent, si casu facta esse statueres. Magis etiam confirmat meam sententiam quod habes VI 1175 *inerrans* b *messans* c, quae ex eadem *scriptura currente* nata esse quis est quin videat?

Primum suas sibi leges orthographicas eum constituisse apparet, quas tamen non ubique eadem constantia sequitur. Ita in compositis *assimilationi* studet, quam raro neglexit, si quando aut minus animum attendebat, aut in eo saltem sibi constitit, ut a scriptura exemplaris sui recederet. Mirum enim potest videri, quod nonnunquam suum morem non tenet, ubi ceteri contrarium neglexerunt, veluti v. 751. 1095. Itaque exhibet fere haec sic scripta: *affectus, assiduus, attribui, astare, colligere, corripere, immortalis, illustrare, irritare, imbutus, improvidus*, alia. Simile est quod pari constantia *cunque, nunquam, unquam, quanquam, quantis, utrunque, nequicquam*, similia atque adeo *nanque* scribere solet. Nec integras fere compositorum partes, ut plerumque ceteri, servat in his: *magnopere, tantopere, quantopere*.

In aliis oblitteravit antiquam et veram scripturam, a ceteris servari suetam, veluti cum *aeuom, diuom, oliuom, auolsa, mauolt, uiuont, paruola, uolnus*[6]), quae omnia Quintiliani etiam praeceptores per U et O litteras scripserunt (cf. inst. orat. I, 7, 26), *dicundus, gignundus, moenera, dissupare, assimulare, acheruntis, incluta, conectere, conicere*, alia ad suae aetatis consuetudinem accomodavit. [7])

Huc etiam referendum est, quod accusativi pluralis (rarius nominativi, vide Lachm. comm. p. 56) terminationem in *is*, quae illis nominibus vindicanda videtur, quorum stirpes in i vocalem exeunt [8]) tam cupide insectatur, ut etiam genitivos contaminaverit et alia inepta fecerit, veluti IV 726 *aures* pro *auris* ab *aura*. Quod negotium, multis locis prima manu neglectum, prava sedulitate correctores persecuti sunt. Qua in re sicut in aliis quae ad orthographicam spectant quoniam nullam esse huius codicis fidem perspexi, haud scio an putidulum nulliusque fructus iure dicendum sit, si quis religiose omnia, non dicam enotare sibi, sed commentariis addere voluerit. Potest autem et vides nonnunquam hisce in rebus haud magis curiosiore sedulitate peccari quam negligenti incuria. Itaque plerumque satis habui semel commemorasse, in Vict. codice h litteram addi solere hisce et similibus: *chachinnare, cohortus, ethernus, hamatus, humor, humidus, lachrima, simulachrum, sepulchrum* et *nihil, nihilum* etc. [9]) scribi fere, etiamsi alteram formam metrum postulat, raro quoque aut *nihlum* (v. 864. I 237) aut *niclum* (I 673. 797) aut *nichilum* (I 674. 791) inveniri; e contrario h omitti in nonnullis, velut *absintia, austus, tyrsus* etc.; c littera augeri nonnulla vocabula, velut *arcte, arctari* et saepissime *arctus, arctubus*; exhiberi plerumque *caribdis, cimbala, frigius* (= phrygius), *himeneus, limpha, timpana, tindaris*, contra autem *hylum, pyerides, sydera*,[10]) *ymago, ymbres*, alia sine certa lege ac constantia; porro a praepositionem, non *ab*, persaepe scriptam extare ante r vel s consonas (vide Lachm. p. 340. 402), *atque* (cum *adque* ceteri saepissime servarint), *arridus, aëreus, ethereus, cignus, erumpna, somnus* (aliquotiens), *foetus, genitrix* (non *genetrix* cf. Lachm. p.

[6]) Attamen in libri VI v. 34 *Voluere* scripsit pro eo quod esse debet *Voluere*, v. 251 *adiuncta* habet pro *Acherunta*, quod alias *acheronta* exhibet. Unde apparet, in archetypo fuisse antiquam et veram scripturam, quam Leidenses servant.

[7]) De hisce nugis, si quae forte videntur, consulas velim Ritschelii *prolegomena Plautina*, maxime caput IX p. 91—115.

[8]) Quamquam non sine iusta causa factum esse existimo, ut IV 912 omnes libri exhibeant *Tu mihi da tenuis aures*. Nam Lucretium quoque, quod Virgilium fecisse Gellius XIII, 21 docet, „arbitrio consilioque auris“ in his usum esse nemo, qui artem eius noverit, negabit.

[9]) Hoc tamen usu venit etiam in Leidensibus (v. Lachm. p. 27) ac schedis vel maiore cum constantia, ut ea in re archetypon ipsum iam peccasse videatur. Victorianus breviorem formam aliquanto saepius quam ceteri praebet, velut I 266. 543. 544. 620. 680. 729. 792. 993 cf. ad II 707, ita ut hac quoque in re suo arbitrio librarium saepe usum esse credibile sit.

[10]) Sed V 493 *sub sydera* scriptum invenis pro *subsidere* verbo, unde quid consectaneum sit in promptu est.

15), *iocundus*, *rotundus*, (non *rutundus*, ut Leidenses semper cf. Lachm. p. 96)[11]) *loquela* (non *loquella* cf. Lachm. p. 204), *littus*, *relligio*, *oportunus*, *speties* (saepius), *penna*,[12]) alia id genus multa plus vel minus constanter scribi, quae vix quidquam utilitatis auctoritatisve habent.

Quod si, quae commemoravi, nonnihil iam de Victoriani codicis auctoritate imminuere videntur, accedit aliud idque, ni fallor, paullo gravius. Recte enim iam Christius monuit, pleraque nec tamen omnia Oblongi correcta in Vict. prima manu exhiberi, sed idem quod pauca tantum Quadrati in eo inveniri dixit, errat. Nam in ea parte libri II, quam supra scripturae varietate instruxi, si, quae Lachm. annotavit, comparaveris, decem locis Oblongi (v. 759. 827. 867. 953. 954. 975. 976 982. 1117. 1135.), sedecim Quadrati (v. 663. 673. 736. 806. 814. 821. 842. 891. 966. 998. 1017. 1024. 1116. 1124. 1145. 1172) correcta in Victoriano pr. m. exarata invenies. Tredecim aliis locis quae quidem Lachm. rettulit correcta non inveniuntur, Quadrati decem, Oblongi tribus (cf. 674. 716. 872. 923. 931. 951. 1023. 1031. 1062. 1150; 867. 1150. 1153). Neque vero eadem haec ubique est ratio. Nam per totum librum II, nisi quid me praeteriit, ex 35 Oblongi correctis 31, ex 42 Quadrati 26, per librum I ex 69 Oblongi 41, ex 31 Quadrati 13 pr. m. a Victoriani librario scripta sunt.

Sed quod de nonnullis locis recte opinatus esse videtur Lachm., iam in ipso archetypo illa adscripta fuisse (v. eius comm. ad I 356), idem non debebat de omnibus Christius statuere. Multo et prudentius et verius Lachm. p 5 alterum Oblongi correctorem „locis innumeris litteras et vocabula vel emendasse vel corrupisse indicat *partim de coniectura*, alia ex eodem illo antiquissimo codice." Nec dubito quin idem de Quadrati correctore, saeculi XV homine, dicendum sit, quem archetypon ipsum ne ante oculus quidem habuisse et longe plurima de coniectura, nec ea difficili plerumque aut remota, sed quae facillima atque in promptu esset, sive sua sive aliorum intulisse certissimum duco. Quod si verum est — mihi autem res dubia non videtur — pauca tantum eorum, de quibus Vict. cum Leidensium correctoribus consentit, ex ipso archetypo per Poggianum in eum pervenisse dicenda sunt;[13]) longe plurima vero aliunde allata et in Poggiano, opinor, supra scripta vel in margine addita, in Victoriano autem librarii arbitrio inter verba poetae recepta, de huius codicis fide detrahunt. Ita fieri potuit, ut quae utriusque demum Leid. codicis correctorum opera recte constituta erant, velut I 562, in Victoriano pr. m. exhibeantur.

Verum ut effugias hoc iudicium, possis tibi fingere, ea quae Quadr. corrector exhibet eademque in Victoriano habentur, non e Quadrato in Poggianum, sed e Poggiano potius in Quadratum venisse. Supra enim monui, Quadr. correctorem saeculi XV esse. Tunc autem et quaeritur, unde reliquam partem idem corrector hauserit — iterumne alio quo ex codice dices? — et restant quae ab altero illo correctore Oblongi librarius sive Poggiani sive Victoriani mutuatus esse dicendus est.

Sed iam transeamus ad tertium idque gravissimum argumentum, cur Victorianum cod., ubi seorsum a ceteris aliquid praebet, parum indubia fide esse equidem censeam. Etenim neque orthographicas illas differentias, nec illud quod ab optimorum codicum correctoribus tam multa recepit, tanti faciendum esse forsitan aliquis iudicaverit, modo verum sit, quod Christius affirmavit l. c.: „praeter ea librarium nec ipsum quidquam correxisse nec ullas Italorum emendationes intulisse certissimum est." Atque est sane, cur hoc, nisi paullo severius et accuratius inquisiveris, credere possis. „Adeo enim — Christii verba sunt — quae vel facillime corrigi poterant, foedo squalore sordent, adeo vestigia corruptarum lectionum intacta exstant."

[11]) Sed IV 654 *ruenda* pro *rutunda*, quod est in ceteris, pr. m. exaravit.

[12]) Quod si in exemplari suo legisset ita scriptum, IV 1007 *pinusque* pro *pinnisque* non dedisset.

[13]) De illis concedo, quae aut a corr. Obl. *Saxone* emendata, aut ab altero Obl. correctore (est et ipse Saec. IX eumque archetypo usum esse apparet) mutata in Quadrato simul vel schedis inveniuntur, velut I 476. 477, quaeque aut prorsus intellectum non habent, aut qua de causa correcta sint non dixeris, veluti I 191. 269. 552. II 197. 267. III 131 etc.

tot verba male divisa sed eisdem litteris scripta (quod depravationis genus multo latius etiam in schedis vagatur), tot lacunas sive ab initio sive in fine sive in mediis versibus sive denique totorum versuum (velut III 894), vacuo relicto spatio, inveniri. Quae omnia quamquam negari non debent nec iusto aequoque iudici negligenda sunt, tamen quem tam multa in Poggiano libro a correctore demum vel emendata vel corrupta recepisse constat, cur eundem, si forte in eodem exemplari ab Italis hominibus sive emendationes sive interpretamenta sive interpolationes, additamenta, explementa adscripta erant, eadem credulitate transcripsisse non statim ab initio suspiceris, causam non video. Ea autem res, quoniam maximi sane momenti est, certis exemplis explananda videtur.

Itaque ut ab illis proficiscar, quae supra proposui, non dissimulabo, quae primo adspectu interpolationis speciem maxime prae se ferre videri possunt, v. 719 *discriminant* pro *disterminant*, 965 *properant* pro *trepidant*, 1048 *omnes* pro *cunctas*, ea quidem huc referenda mihi non videri. Haec enim et si quae sunt similia multo et melius et verius ex currente scriptura errata esse dixeris, ut saepius *terminus* pro *cerminus* scriptum inveni, velut supra v. 985.

Nec magis de *sit* pro *siet* (v. 962) contendere in animo est. Sed aliter comparata sunt, quae habes v. 716 *intra*, 867 *putare*, ubi *consistare*[14]) reliqui, 930 *non-sensilibus* pro *non-sensibus* (cuius illud interpretationem esse in promptu est), 1115 *ethereosque* (quo versus quomodocunque expleatur), 1158 *cuncta* pro *ipsa*, 1165 *laborem* pro *labores* (quamquam enim per se facile poterat e compendio nasci, tamen videtur potius propter *magnum* vocem factum esse et verius fortasse est quam altera Vossii emendatio *manuum*).

Intra hos tamen fines haec exempla non continebo, sed alia ex singulis quibusque libris, etsi non omnia, potissima tamen addam.

Unde igitur factum est, ut versus I libri 15 et 14 hoc ordine in solo Vict. sese excipiant, nisi e coniectura Itali alicuius, qui cum eum ordinem statuendum esse intellexisset, in Poggiano indicavit? Unde evenit, ut post v. I 905 tres versus insererentur (=994-996) ab eo loco alienissimi, nisi ex margine Poggiani, ubi ad explicandum *corporum confluxum* satis inscite eos adiectos fuisse conicio? Itaque in eiusdem libri I v. 50 *uacuas auris [mihi Memmius et te]*[15]), v. 233 *consumpsisse* pro *consumpse*, 252 *segetes* pro *fruges*, 280 *ministrant* pro *propagant*, 425 *animos quaquam*, 520 *si [quidem] nihil est* (ubi *esset* faciendum potius quam *quidem* inserendum fuit) 560 *Id nunquam reliquo*,[16]) 890 *[atque] in terris*, 912 *Ignis ex lignis* | alia leguntur, quae non ex antiquo libro servata aut prave lecta ac detorta, sed ab Italis excogitata in Victorianum cod. irrepsisse, reliquorum consensus docet. Idem iudico de hisce scripturis: II 115 *radios* | 181 *quanquam [haec sint] praedita culpa* | 249 *omnino [recta] ratione* (sic!) *viai* | 430 *uinique sapores* | 543 *[non] sit [in] orbe* pro Leidensium *sit orbi* | 636 *Armati in numerum [starent] pernice chorea* (qui versus damnandus potius quam explendus fuit) || III 52 *manibus(que) divis(que)* | 199 *Nulla* pro *Nocnu* | 453 *lingua(que) mens(que)* | 566 *corpora* pro *viscera* | 917 *terra* pro *torret* reliquorum || IV 43 *cortice* pro *corpore* | 69 *et [solita] forma seruare figuram* | 162 *lumine* pro *omnia* | 273 *perspiciantur* pro *videantur* | 355 *quia pocul* pro *qui longe* | 369 *solemus* pro *suëmus* | 385 *animi* pro *oculi* (Nec possunt oculi [sed *animi!*] naturam noscere rerum), 600 *In conloquiis* pro *Incolumis* | 1082 *stimulant* quod pr. m. scriptum subest, ni fallor | 1271 *toto* pro *omni* || V 550, ubi *grandi* vocabulo in litura scripto

[14]) Quod cum deberet esse *constare*, ut iam correctores antiquissimi viderunt, in Poggiano duo puncta subiecta, in margine autem ad alterum verbum, quod *reputant* pro *refutant* ab omnibus exhibetur, aliquod glossema adscriptum fuisse conicio, unde *putare* lemma in textum quem vocant pro *consistare* irrepsit.

[15]) Aliis locis omnibus, ubi Memmium sum appellat, vocativo casu, quem exspectas, usus est (I 411. 1052. II 143. 182. 1080 (?). V 8. 93. 164), ita ut iam hac de causa verba valde suspecta sint.

[16]) *Id* sine dubio commentum est Itali alicuius, qui nesciebat *Nunquam reticuo* (prima producta et quattuor syllabis) Lucretio unice convenire. Prorsus eodem modo III 648 *Corpore [cum] reliquo* iam Victorianus codex ex interpolatione, ni fallor, exhibet.

pr. subfuisse apparet *magno* | 560 *quid potis est [nobis] nisi* | 769 *Cur nequeat certa [luna] mundi* || VI 124 *commota* pro *conlecta* | 237 *calens* pro *pollens* | 490 *motibus* pro *nimbis* | 965 *ignis* pro *eius*.

De multis aliis est ut dubitare possis, veluti si scripta legis II 220 *minimum* pro *momen* | 348 *distare* pro *differre* | 629 (et alias saepe) *greci* pro *grai* || III 477 *penitus* pro *diditus* | 220 *deserit* pro *defit* | 907 *altera* pro *postera* || IV 108 *nitidissima* pro *liquidissima* | 442 *repressa* pro *reflexa* || V 326 *troianum* pro *thebanum* | 1072 *pectore* pro *corpore* | 1223 *pauore* pro *timore* || VI 1 *frugiferos* pro *frugiparos* | 240 *dissoluere* pro *discludere* | 488 *Innumerabile* pro *Inmemorabile* | ac fortasse de uno alterove eorum quae supra posui. His tamen quae enumeravi satis manifestum fieri existimo, etsi librarium ipsum suo Marte quidquam mutasse iure fortasse negabis, Victorianum codicem interpolationibus Italorum prorsus liberum nequaquam esse dicendum. Itaque ne nimiam fidem ei arrogemus cavendum est, nec quae solus ille exhibet vel a ceteris omissa explet, sine scrupulo integra nobis habenda sunt, quod statim de versu I 50 Christium recte fecisse vehementer nego.[17]) Est sane ex illis exemplaribus rudioribus et archetypi lectionis tenacioribus, quale exemplar *olim impressorum*, Brixiensis, Veronensis, Veneti editoribus praesto fuisse Lachm. p. 6 demonstravit. Sed quod idem nihilo minus cavendum esse dixit, ne multo plus impressis quam Antonio Marii aliisque Italis ei similibus credamus, quoniam in impressis quoque non pauca sint de coniectura emendata, id ipsum de Victoriano libro iam praedicandum mihi videtur. De quovis loco, ubi solus aliquid praebet, res a iudicio pendet, neque vero „eadem fides ei atque Oblongo aut Qradrato habenda est," sed coniecturae instar sunt quae habet eiusmodi, nisi testimonium alterutrius Leidensium schedarumve accesserit.

Sed iam satis multa — vereor ne non paucis lectoribus nimis multa videar — de codicibus verba feci. Attamen quam maxime potuit ea res dilucidanda fuit, ne in emendando carmine, in quo hic illic pro viribus iam periclitabimur, de recta via declinaremus.

Caput II.

De locorum aliquot emendatione.

Ita hoc negotium instituere mihi proposui, ut primum illam libri II partem, cuius criticum fundamentum ante oculos habes, ut potero, perpoliam, dein de aliis quibusdam locis diversam meam a Lachmanni, Bernaysii (ed. Tenbn.) aliorumue sententiam proferam.

Itaque in v. 648 statim nescio an trium codicum consentienti testimonio a praepositionem, non alteram formam quam Lachm. maluit debeamus.[18]) Nam si *ab* formae inde praesidium fortasse petere velimus, quod ipsa in libri I v. 46, ubi haec eadem in exemplaribus prave iterata leguntur, exstat in *Abc*, potius erit ut eandem ob causam v. 651 *nec tangitur*, scribamus, quod etiam Lactantius, Servius, commentator Cruq., schol. Statii testantur et rhythmus ipse commendat.

V. 650. Minime necesse erit ut cum Lachmanno ubique *nil* faciamus (v. ad I 159). Etsi enim Lucretium bisyllabon voluisse certo demonstrari nequit, illud tamen probari non magis potest, eum improbasse alteram formam. Quam ubi metrum admittit eandemque omnes codices exhibent, ut hoc loco, servare praestabit. — Similis res est de *vehemens* et *vemens*, *vehementer* et *vementer*. Victorianus liber omnibus locis (II 1024. III 152, 482. IV 29.

[17]) cf. supra nota 12.

[18]) Ante *n* litteram (cf. Lachm. ad V 1253) equidem saepius *a* repperi quam *ab*, velut I 102. II 912. III 789. V 133. VI 80, cum tria tantum alterius formae exempla praesto sint: I 935. III 552. IV 10.

822. VI 311. 338. 517) *he* syllabam praebet, quod metro adversatur duobus prioribus. Hoc loco et Leidd. et schedae recte *vémenti*, altero eodem modo peccant. Praeterea VI 517 *veméns* Obl. solus. Inde num consectaneum sit quod Lachm. voluit p. 133 dubito.

V. 656. Lachm. *constituet* et *mavolt* non coire putans aut *constituit* et *mavolt* aut *constituet* et *malet* legendum censet. Sed equidem paullo plus tribuens omnium librorum consensui videas velim, ne idem quod illic tempori hic notioni verbi insit.

V. 681. Egregie de hoc loco meruit Lachm., quod versum 680 post 659 primus reiecit. Sed minus recte haec ita constituisse videtur: *denique multa vides, quibus et color et sapor una Reddita sunt cum odore, in privis pluraque dona.*[19]) Aliter tamen nunc sentio atque ante tres annos Bernaysio assensus feci.[20]) Nam lacunam non debebimus statuere propter ea quae statim secuntur, quibus de eisdem illis rebus agitur, quae et colorem (fucum) et saporem et odorem (nidorem) una in se continent. Ei autem qui totum argumentum (a v. 581—729) tenet hic dicatur necesse non est, quod dici per se patet, in *singulis* hisce rebus, quales sibi fingit, non singulas sed plures qualitates inesse, ita ut una et visum et gustum et auditum afficiant. Possunt fingi etiam, quae simul ad auditum insuper et tactum accidant (cf. 834 seq.); sed *imprimis* tamen haec tria quae sunt odor, calor, sapor sociari solent. Itaque scribamus, *pluraque* a Lachm. recepto:

Denique multa vides, quibus et color et sapor una
reddita sunt cum odore inprimis, pluraque dona.

V. 693. Lambinum sequendum puto „*aut nulla inter se duo sint ex omnibus isdem*" emendantem. Nam et „simplicissimum est" sane et aptius, illa ut ad *verba* referantur, nec denique tanti facio, qui scrupulus Lachmanno residebat, quod „isdem ne semel quidem membranae" exhibeant.

V. 710. Qua Lachm. ratiocinatione utitur aliis locis, velut v. 833, eadem h. l. usus in archetypo *necessust* super adscripto e exstitisse conicio, quod nescio an *necessum est* rectius legatur. Ita etiam IV 516 Vict. cod. exhibet, quod cum in Obl. sit *necessu est* a libris plus praesidii habet, quam *necesse est*, quod L. e Quadr. praetulit; v. II 468, ubi *necessu* in Leidensibus, in Victoriano *necessum* exstat, cui Lachm. *est* addendum censuit (ex lege sua I v. 111 lata). Ceterum *necessust* forma, quam L. quinquies servavit, ne semel quidem omnibus libris commendatur (Victorianus enim et h. l. et II 725. V 351. VI 206 *necessest* IV 1006 *necessumst)*, neque locum videtur habere posse apud Lucretium secundum ea quae ipse Lachm. p. 122 exposuit, quibuscum cf. ad VI 815.

V. 719. Cum *eisdem* sane hisce legibus, quibus animalia, *res omnes* teneantur, Lucreti mentem melius mihi assecutus videtur Lambinus, cuius emendationem Lachm. ne commemorat quidem, scribendo *eadem ratio res terminat omnis.*

V. 734. In hisce quae Lachm. sic constituit: *Nive alium quemvis, quo sunt inbuta colore. Propterea gerere hunc credas quod* etc., obiecto bis posito, subiectum quam maxime desideratur. At poeta, qui „ne alba ex albis, neve nigra ex nigris principiis esse putes" ante dicit, non potest non sic ut Lambinus voluit pergere: *„neve alium quemvis quae sunt induta colorem*, (ea) *propterea gerere hunc credas quod* etc." Itaque de hac dictione *induta colorem* magis securus ero quam de Lachmanni commento, quod rectae rationi non satisfacit. Forbiger autem si cum suis auctoribus *imbuta colorem* retinendum exsistimat, ipse videat.

V. 759. Qui Victoriano paullo plus fidei habeat, huius auctoritate nisus et h. l. et V 428 *omnigenos*, itemque et infra v. huius libri 821 et V 440 *omnigenis* legendum esse dicat. Hoc postremo loco etiam Obl. pr. m. exhibet *omnigenis e principiis*, quod Lachm. *Omne genus de pr.* esse iussit. Reliquis locis corrector Obl. bis, semel Quadr. cum Victoriano facit. Equidem si cum Lachmanno omnibus illis locis me dissentire fateor, Vict. quidem libro non

[19]) Non praetereundum duxi, quod tamen casu factum esse videtur, ipsas litteras *mispte* in schedis apparere in *taesura* (lituram non esse nunc certius scio).

[20]) Vide Observationes Lucretianas meas (Bonnae 1854) p. 15.

nimium tribuere sed alias rationes afferre debeo. Primum igitur iam per se male me habet talis accusativus „omne genus colores, coetus“ „omne genus de principiis, coloribus.“ Paullo enim diversa sunt notiores illi accus. absoluti *id (hoc, quod) genus alia, est* etc. (III 221. 266. 276. 327. 431. 597. IV 271. V 608. 663. VI 890. 917. 1058.), quos certis finibus contineri ipse Lachm. p. 86 vere intellexit. Nemo vero illa dixerit ita ut cuiusvis modi attributorum vice fungantur. Deinde, si analogiam circumspecto, cur non potuerit adiectivum *omnigenus* fingi aeque ac *multigenus* quod est II 335 *„multigenis figuris“* — *caecigenus* (II 741) autem et *primigenus* (II 1106) aliter sunt comparata — iustam causam desidero. Denique quod Lachm. affirmavit „hoc nomine adiectivo nullus veterum poetarum usus est,“ diligentem veterum imitatorem Claudianum neglexit, qui in Gigantomachiae v. 51 haec habet: *Haud secus omnigenis coeuntia numina formis Ad patrias venere domus, tum Juppiter infit.* — Restat unum exemplum Lucr. IV 735: *omne genus quoniam passim simulacra feruntur*, ubi *omnigenus Ab, omnigenum d* praebet. Illo tamen exemplo minime vereor, ne reliqua etiam, *„omne genus coloribus, omne genus de principiis,“* defendere possis. Ceterum quaero, nonne vehementer erraverit Priscianus (ed. Krehl I p. 296), si, quod apud Virg. Aen. VIII 698 habes, *omnigenumque deum*, ad primam declinationem refert. Quis enim iam erit tibi, si *indigena, alienigena, Graiugena* comparaveris, *omnigena* (si iam fingas vocem)?

V. 763. Quod libri omnes tuentur, *exemplo*, si quid video, optimum habet intellectum nec mutari debebat in *extemplo*. Revera enim, cum antea generatim dixerit, principia variis suis formis omnigenos colores et gignere et variare, nunc iam *de exemplo* agit, de colore nigro in album verso: „So kannst du leicht *den Fall* erklären etc.“ Pari modo saepe ad exempla descendit, veluti IV 572. Quod nisi ferri posset *exemplo* dativus (cf. tamen I 707. 746. 844. II 770. 885. III 257 etc.), mallem *exempli* facere (ut VI 919 *ipsius rei* rat. redd. poss.), quam alteri adverbio incondite novum accumulare, quod ne per se quidem bonum erit h. l., haud magis quam infra v. 1091 foret, quocum cf. v. 893. III 414 etc. Victor. librarius vel ille quem sequitur *„perfacili exemplo“* scribens de ablativo videtur cogitasse et ea respexisse quae v. 766 sunt: *ut mare* etc. Haec tamen ipsius exempli exemplum sunt, quod non tam ut philosophus quam ut poeta adhibet.

V. 785. A Lachmanno *quo quadratum minus omne sit ex his* emendanti qui potuerit Bernaysius dissentire ita ut *extra* restitueret, non intelligo. Nempe de planitie non de lineis cogitandum est. Praeterea in archetypo ultimum vocabulum clare scriptum non fuisse, Victor. codex arguere videtur.

V. 800. Recte Christius l. l. p. 10 quaesivit: „quo iure Lucretium *fulgere* ad normam II coniugationis compluribus locis dixisse negabimus?“ Idem et olim sensi et nunc sentio. Ac veluti Bernaysius *et* pro *etiam*, quod simili pertinacia Lachm. quotiescumque invenit removendum censuit, poetae reddidit I 830. III 234, 290. V 610. VI 818, quibus locis addendus erat VI 749, ita et hic *refulget* et V 768 *fulget* et VI 213 *fulgĕre* religiose servandum esse existimo. Praeiudicio occaecatus hoc postremo loco Lachm. sic fecit: *semina quae faciunt flammae fulgore colores.* At vero illa ignis semina, ubi e nubibus expressa profunduntur, *faciunt nictantia fulgura flammae* (v. 182) sive *faciunt fulgorem* (217) eo ipso quod profunduntur, non *fulgore suo* demum *faciunt flammae colores*, quasi ab ipso fulgore hi diversi sint. Ergo h. l. si *faciunt fulgere colores* poëtam dixisse apparet (cf. vv. 176. 267. 455. 512 etc.), reliquis etiam duobus locis *fulget*, *refulget* formae restituendae sunt. Nec talibus in rebus ea auctoribus, poetis praesertim, constantia est, ut quod semel placuit ubique dixerint. Virgilius quoque semel *fulgĕre* dixit VI 827, alibi fulgeo, fulges etc. declinavit (v. Aen. V. 562. VII 526. VIII 684 etc.), similiter et *fervĕre* (G. I 456. A. IV 409. 567. VIII 677 etc.) et *fervēre* (G. I 327. IV 169 = A. I 436. IV 407 etc.), et *larĕre* (G. III 221, 359. A. III 663. VI 227 etc.) et *lavare* (A. VI 219. VII 489 etc.), et *densare* (G. I 248. Aen. XII 264) et *densēre* (G. I 419. Aen. VII 794. XI 650) novit. Lucretius igitur etsi illud discrimen, quod Seneca sibi intercedere finxit inter *fulgĕre* et *fulgēre* non statuit, tamen ubicumque de fulgure sermo fit (IV 190. VI 160. 165. 174. 214. 218) tertiae declinationis

formam ascivit, ubi de alio splendore, et *fulgere* (semel v. 1095) et *fulgere* promiscue adhibuisse dicendus est. Nec magis Lachmanno concedo de forma *densabant* v. 491 mutanda. — Ceterum in v. VI 165 haud scio an uti concinnius ita rectius (cf. v. 170) legamus:

Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus,
Fulgura quam cernant oculi, quia etc.

ubi in libris est *fulgere*. Valde enim dubito, num infinitivus ita pro accusativo esse possit, aut quod ipse Lachm. p. 229 praecepit: „infinitivum, ubi pro accusativo sit, alium habere accusativum sibi adiunctum“ transitivorum finibus sit coercendum. Ne quis autem vix posse aliter dici impersonalia moneat, optime potuit addi accus. subiecti velut *tempestatem* (cf. v. 174).

V. 815. Nonium non obstare puto, quominus cum libris omnibus *colore* tueamur, quod singularis numerus et aptior videtur et ab initio huius arguventi v. 737 positus est.

V. 817. Recte Christius p. 17 monuit, huic argumento *quoniam* particulam non convenire; sed non magis placet, quam ipse attulit medelam coniectando:

Praeterea quoque iam ni certis certa figuris etc.[21])

Equidem, una litterula immutata, sententiae haec deberi iudico:

Praeterea quom iam non certis certa figuris
est natura coloris, et omnia principiorum
formamenta queunt in quovis esse nitore, etc.

quom idem fere sonat atque *si*, ut infra v. 1067 et 8. I 566. V 1061, 1066; saepissime autem *si iam* particulis hoc sensu utitur, quo infra v. 974 *principiis si iam est sensus tribuendus* i. e angenommen einmal etc. cf. I 396, 968. III 679, 843. V 195 etc. Plenius loquitur III 540 *Quin etiam si iam libeat concedere falsum.*

Prorsus eodem modo peccatum esse persuasum habeo I 581. Nam quoniam Lucretio certe *fragili natura praedita esse primordia* non placet, non causali sed conditionali coniunctione opus est, praesertim qua etiam v. 577 usus sit, sic quidem:

at quom iam fragili natura praedita constant,
discrepat aeternum tempus potuisse manere etc.

Neque aliter equidem censeo de v. III 531, qui versus cum proximo insequente sic in libris exstat:

scinditur atque animo haec quoniam natura nec uno
tempore sincera existit, mortalis habendast.

Quo loco Lachm. cum de *atque* particula traiecta cogitari non debeat, scribi iussit *scinditur usque adeo quoniam* etc. Sed aegre patior, quod nullo orationis vinculo in his usus sit, quae arctissime cum superioribus cohaereant hoc modo: „membratim vitalem sensum deperdere videmus hominem, primum pedum digitos livescere, deinde ipsos pedes et crura mori, denique alios artus. *At si iam ita* scinditur anima, mortalis habenda est.“ Hoc bene perspiciens Lambinus *scinditur atqui animae quoniam natura* etc. fecit eiecta *haec* voce, quam Purmannus quoque eliminari voluit. Bernaysius autem, qui *aeque animae haec* edidit, quidnam praeter ipsam animam scindi putet, non dispicio. Equidem igitur sic propono:

scinditur at quom iam haec animae natura nec uno etc.

Nam causali coniunctione uti non licebat additurо vv. 533 seq. *quodsi forte putas* etc. *at* particulam similiter traiecit, ut primi verbi vim augeret, Hor. Serm. I, 2, 47. 8, 37. et fortasse ipse Lucr. infra in v. 1070.

V. 829. Hunc versum cum proximis Lachm. sic evadere iussit:

Ut fit ubi in parvas partis discerpitur aurea
purpura, poeniceusque color clarissimu' multo,
filatim cum distracta est, dispergitur omnis.

---

[21]) De versu I 1083 autem mea quidem sententia non debebat Christius Lambinum sequi, qui nondum intellexerat, quae nos Lachmanni acumini debemus, post v. 1093 octo versuum lacunam esse. Ea quo modo explenda sit, docui in dissert. mea p. 7.

Sed auream purpuram nec mihi persuasit neque Bernaysio, cui tamen, quod *usu* (ita eruit ex eo quod in codd. legitur *aurum)* purpuram discerpi Lucretium dicentem fecit, non assentior. Nam, si quid video, color h. l., non vestis est purpura, quare *puniceus color*, qui paullum differt, *clarissimu' multo* poetae appellatur. Uterque autem color *ostro* recte adscribitur vel, si mavis, *austro* (vide Prisc. ed. Krehl I p. 48). Ita *ostro rubenti* supra v. 35 Lucr., *Album puniceo pectus discriminat ostro* Claudianus in Probr. et Olyb. cons. v. 90 dixit. Id igitur a Wakefieldo recipiendum fuisse iudico, quo facto multo concinnior evadet sententia. Nam quae praecedunt „quanto magis res quaeque distrahitur, eo magis colores evanescunt," eis accurate iam haec respondent sic constituta:

ut fit ubi in parvas partis discerpitur austrum:
purpura poeniceusque color, clarissimu' multo,
filatim cum distractum est, dispergitur omnis,
cernere ut hinc possis etc.

V. 846.

Nec iaciunt ullum proprium de corpore odorem.

Ita libri, editores inde a Marullo *proprio*. Attamen nisi de *proprio corpore* primordia iacere nihil possunt nec id nunc agitur — paullo autem diversa sunt, quae habes supra v. 311, III 991, V 576 exempla — sed si quem habere videntur odorem, is eadem de causa eorum *proprium* habendum esse negat, quade supra colores negavit. Itaque *proprium* retinebimus, nec aliter v. 855 poeta dixit: *non adhibere suum ignundis rebus odorem.*

V. 860. Quoniam exemplis hic utitur poeta, sic potius eruamus:

Molli ut lenta, fragosa putri, cava corpore raro.

V. 864. De hoc versu male hic repetito (v. 756) idem nunc sentio quod ante hos tres annos; vide dissert. meam p. 27.

V. 896. Haud scio an haec leniter ita adiuvanda sint ut legamus:

motibus ordinibus posituris denique quis sint,

non tam quod praecedit *qua sint praedita forma*, sed quia exspectaveris singulari numero: *quae* (quales) sint motu, ordine, positura.

VV. 902—5 in libris hoc modo exhibentur:

Deinde ex sensilibus qui sensile posse creari
constituunt porro ex aliis sentire sueti
mollia cum faciunt. nam sensus iungitur omnis etc.

Sententiam Creechius recte perspexit hanc esse: qui sensilibus e principiis sensile creari constituunt, rerum primordia, quae debent esse solida et immortalia, mollia et mortalia faciunt. Itaque Lachm., cum Lambinus iam recte fecisset *suetis*, coniecit: *Deinde ea, seminibus — mollia iam faciunt* etc. Bernaysius *sensilibus* teneri posse vidit; haec enim sic interpretor: „sensilibus, quae ex aliis proporro (ita ut postremo ipsa principia sensilia statuantur) sentire consueverunt" cf. v. 448 *ictus contemnere sueta.* Noli tamen cum eodem vel Gifanio v. 904 *mollia conficiunt* legere, quo verbo nusquam hoc sensu Lucretius utitur. Itaque haec sic iam constituerem: *Deinde ea, sensilibus — suetis, mollia iam faciunt* etc., nisi multo praestaret, cum Christio ante v. 904 versum aliquem excidisse credere hunc ille putat:

[principiis constare putant mortalibu' sensus]

In versu autem 904 *mollia cum faciant* simul emendandum fuit. Attamen illa perditi versus specie aegre desideras *ea* in proximo, quare talem fere fuisse fingo:

[semina constituunt illi mortalia rerum,]
mollia cum faciant etc.

V. 911. Bernaysii emendationem *nam ratio sensus membrorum respuit omnis* speciosam magis quam veram esse censeo nec possum cum Purmanno Lachmannianae praeferre. Philosopho enim non bis idem illud affirmandum est, sed quaeris cur *„per se partes sentire nequeant necesse sit."* Optime respondet: quod *„omnis membrorum sensus alio respicit."*

V. 923. De hoc versu suo loco vindicando dixi in dissert. p. 39.

V. 922.

— ut nequeunt homines armenta feraeque
inter sese ullam rem gignere conveniundo.

In hoc versu *ullam rem* eodem modo me offendit quo illum qui affinxit talem versiculum: *per Veneris res, extra homines armenta ferasque.* Sed lenius sententiae subveniemus legendo *aliam* pro eo quod est *ullam.*

V. 931 seq. Ad refutandos Stoicos poeta transit, qui quamquam et ipsi sensile ex non-sensili oriri putabant, tamen non solo atomorum conciliatu, ordine, positura, motibus id fieri, sed mutabilitate quadam elementorum (τῶν τεττάρων στοιχείων μεταβολῇ), et sub ipsum partum mutatione aliqua foris per aëra (vel aethera, τὸ τεχνικὸν πῦρ, πνεῦμα) facta sensus incendi statuebant.[22]) Itaque haec iam sic legenda videntur:

Quod si forte aliquis dicet, dumtaxat oriri
posse ex non-sensu sensum mutabilitate,
aut aliquo tamquam partu quod protinus extet:

Recte enim *sensum* singulari numero concinnitati deberi Bernaysius vidit, qui minus recte *proditur extra* dedit; nam *extra proditur* id tandem, quod intus est (cf. III 603). Possis fortasse *proditus* (i. e editus) *extet.*

Illam igitur *mutabilitatem* et *partus vim* nihil aliud esse dicturus nisi atomorum conciliatum, verus 935—6 sic protulisse poeta credendus est:

non fieri partum nisi concilio ante coacto,
nec quicquam commutari nisi conciliatum,

ubi in libris exstat *sine conciliatu*, quod Christ. p. 18 *nisi concutiatur* emendandum censebat. Id tamen ab re nunc alienum est. Nam Lucretius versibus 937—62 illud quod ego dixi iam „planum facere atque probare" studet hisce argumentis:

1) sensus non erant antequam animantis natura gigneretur, *nimirum* quia materies disiecta tenebatur necdum congressa vitales motus inter se contulerat,

— quibus omnituentes
accensi sensus animante in quaque cientur,

de qua emendatione cum Purmanno consensi priusquam legerem quae exposuit in Jahn. Annal. LXVII p. 660 seq.;

2) grandiore ictu animans ita saepe affligitur, ut aut prorsus sensus amittat aut aegre recipiat. Unde hoc? „Dissolvuntur enim positurae principiorum;" nam aliud ictus efficere nihil valet.

At vero in medio hoc argumento magnopere offendimur v. 960:

nam quare potius leti iam limine ab ipso
ad vitam possit conlecta mente reverti,
quam quo decursum prope iam siet ire et abire?

Sententiarum nexum accuratius si inquisiveris, mecum facies, qui dicendum esse contendo *setius* (cf. VI 315) pro eo quod est *potius.*

In versu autem 963 cum novum asserat poeta argumentum, cur nullo sensu primordia praedita esse debeant (972), idque e doloris voluptatisque definitione desumptum, parum recte Lachm., quem Bernaysius sequitur, *praeterea* vocem mutavit in *propterea.*

Reliquum est ut de v. 941 dicamus, qui Christio suspicionem movit. Sed neque debebat haec a superioribus hoc modo divellere, ut Pontani commentum commendaret, qui HEC pro NEC in suo codice adscripserit, nec explicatione carere puto *modo* particulam. Simile est

---

[22]) Cf. Reisackerum *picuri de animarum natura doctrina* etc. Colon. 1855 et quem ille laudat p. 18 Chrysippum apud Plut. de Stoic. repugn. c. 41: τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχούμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα, μεταβάλλειν καὶ γίγνεσθαι ζῶον.

apud Caesarem de b. g. VI, 8 exemplum: „illi ubi praeter spem, quos fugere credebant, infestis armis ad se venire viderunt, impetum *modo* ferre *non* potuerunt“ i. e impetum *tantummodo*, *ne* impetum *quidem*. Multo melius poterat aut a Lambino recipere *modo — convenienti*, aut si haec vox aptius ad *motus* referenda videbatur (v. 712. I 1030) *modo vitali* facere, sicuti *habitum vitalem* poeta novit III 99. Hoc ipse haud veri dissimile existimem, modo iure de *modō* particulae mensura (producta ultima) mihi dubitetur. Nam quae praeterea exempla reperiuntur infra v. 1135 et IV 1181, de eorum altero p. 273 Lachm. ipse iudicat „*et* coniunctione addita orationem firmiore vinculo iungi.“ de altero recte sensisse se Lambinus ostendit, si haec ita constituere voluit:

Quippe etenim quanto est res amplior, augmine dempto,
et quo latior est: in cunctas undique partis
pluria eo dispergit et a se corpora mittit,

ubi libri *plura modo* praebent. Hoc, si ea quae sequuntur vv. 1136 — 8 simul animo comprehenderis, „sententiae optime convenire“ (= *tantummodo)* Lachmanno non concedes. Illi conveniet aut quod Lamb. dedit aut, si „*pluria* non licet adfingere ei qui saepe dixit *plura*“ (Lachm. p. 109), *plura etiam dispargit;* sed ab arte magis commendatur *plura adeo.* Ita *iamque ideo* infra v. 1150, *multa adeo* Virg. Georg. I 94. 287.

V. 986. Cum libri habeant:

et ridere potest non ex ridentibus auctus

primus Lamb. recte fecit *factus* ut in v. 975, quod etiam Lachm. probat. Creechius autem qui interpretari hoc potuerit „res facta ex ridentibus, iure quaeras; nemo enim pro substantivo habebit *factus* participium. Ceterum mihi videtur hic lepide Memmium suum poeta allocutus esse hoc modo:

et ridere potes non ex ridentibu' factus
et sapere et doctis rationem reddere dictis etc.

Id enim non cuivis Lucretius dederit. Obscuratae autem allocutionis exemplum aliud et infra habes v. 1080 et fortasse I 858, ubi haec legimus:

At neque reccidere ad nilum res posse neque autem
crescere de nilo testor res ante probatas.

In his vehementer displicet *res* vocabuli iteratio et qui per totum librum (excepto tamen versu postremo *ita res accendent lumina rebus*) ab eo alienus est usus. Praeterea magis consentaneum videtur ut Memmium quam se ipsum testem faciat. Itaque emendare conabor: *testaberis ante probatum.* Pari modo *esse* omittitur II 1056. III 626.

V. 1004. Mortem si Lucretius materiae corporibus coetum dissupantem facit, eandem cur quae dissolvit aliis alia coniungere non debeat dicere nisi „per technas ab eo alienas,“ me vero fugit. Praeterea conferas III 214. 959. VI 1273. Itaque quoniam *ut* coniunctio mihi quoque desiderari videtur (aliter atque Wakefieldo cum suis), versu 1004 integro servato in v. 1005 pro *ita* eam inseramus, sicut ab Avantio vel Marullo plurimi.

V. 1010 — 1012.

neve putes aeterna penes residere potesse
corpora prima, qaod in summis fluitare videmus
rebus et interdum nasci subitoque perire.

Horum versuum sensus, cum in promptu mihi quidem videatur, omnes interpretes mire exercuit. Longum est eorum omnium sententias et commenta hic componere, et fortasse merito etiam Lachm. ei rei supersedere poterat, dum modo sanam interpretationem ipse protulisset. Sed insigniter fallitur hoc loco Lucreti mentem sic enarrans: „poeta atomos negat *penes aeterna* et immortalia residere posse (?!); debere enim *omnia perire* (hoc est in v. 1139), quod *fluere atque recedere corpora rebus Multa* constet, ut dicit versu 1128, et multa accedere . ergo illa multa corpora, quae recedunt rebus et accedunt, *fluitare* recte dicuntur, hoc est instabilia esse, sed non *in summis rebus*, verum *in cunctis.“(?!)* Hanc tamen philosophandi rationem vix Forbigero dignam habere ausim, quem satis superbo iudicio,

„quotiens philosophetur, delirare“ dixit p. 67. „Horum“ me quoque „nihil capere“ posse ingenue fateor.

Egregie vero Lucretius hoc argumento quod incipit a v. 991 concludit ea quae adhuc disputavit inde a versu 730, rerum principiis nullum tribuendum esse neque colorem (730—841), neque calorem, frigus, vaporem, sucum, odorem, similia (842—64), nec denique sensum (865 seq.). Haec omnia, quae *in summis* (non *in cunctis!) rebus fluitare videmus*, penes aeterna corpora prima residere non possunt Itaque in versibus illis ne litterulam quidem mutandam sed simpliciter interpretandum esse *residere posse id quod in summis rebus fluitare videmus et interdum nasci subitoque perire* i. e colorem, frigus, calorem, odorem, alia et imprimis sensum, iam luce clarius est.[23])

V. 1013—1105. Nec magis assentiendum est Lachmanno, si inde a v. 1012 statim procedendum esse manifestum dicit ad v. 1105, reliqua pro emblemate habenda. Nam quomodo transitus fiat a v. 1012 ad v. 1105 exputare nequeo, haec autem omnia quae sunt a v. 1022—1174 arctissime inter se cohaerere, ad cognoscendum difficile non videtur. Inde enim a v. 1022 usque ad v. 1044 praefatus[24]), cum superiore parte libri II ostendisset, praeter motum, pondus, figuram nullam esse atomorum nec qualitatem neque affectionem et ad res quaslibet creandas id tantum referre, *„semina quaeque cum quibus et quali positura contineantur Et quos inter se dent motus accipiantque* (v. 760 seq. = 1008 seq.), a versu 1044 novum argumentum tractare incipit „ὅτι κόσμοι εἰσὶν ἄπειροι τὸ πλῆθος“ (Epic. ap. Diog. Laert. X 89). Uti enim noster hic mundus omnisque mundi compositio, terra mare coelum, casu conflata sint (1058—63), quoniam et spatium vacet infinitum et primordiorum copia innumera exstet, alios alibi terrarum orbes esse oportere (—1076). Praeterea nullam rem, nullam inprimis animantem (cf. v. 541—67), sui generis unicam solamque gigni posse; simili igitur ratione de terra, sole, luna, ceteris iam dicendum esse, quippe quae non minus *nativo corpore* constent (1077—89), *crescant*, *decrescant*, *pereant* (1105—1174) quam animalia. Ita igitur haec optime inter se cohaerent, quibus tamen tamquam ἐπεισόδιον inserta est ea res, quam nusquam separatim tractavit sed hic illic tetigit. naturam dis expertem omnia per se agere (v. 1090—1104). Illa igitur quomodo divelli possint nec simul mente concepta dici, me vero fugit. Versus autem 1013—1022 omnes haud scio an recte Lachm. senserit ab hoc loco alienos esse. Non bene poterat sane, praesertim post vv. 1007 — 12 qui optime iam concludant totum argumentum, eadem illa similitudine uti, qua supra rem iam illustraverat (v. 688 seq. cf. I 197. 823. 912). Itaque haec libenter patiar uncinis includi, quamquam aliter censet Purmannus l. l.

V. 1030. *Principio* ne ita quidem servari posse duco, ut, quod Lambinus ex libris veteribus se habere testatur (ipsum invenisse quo iure Forb. dicat nescio) superiori versui apponatur sic quidem: *neque tam mirabile quicquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paullatim, ut caeli* etc. Recte Lachm. verbum deesse iudicat, sed quod ipse excogitavit *Percipito*, quamquam ad litteras proxime accedit, tamen non videtur ita dici posse, certe Lucr. V. 1204 aliter locutus est: *nam cum suspicimus magni coelestia mundi Templa* etc. Quare *Suspicito* Bernaysii coni. placet. Idem tamen si

V. 1034 *ex improviso visu subiecta* pro *si sint obiecta* fecit, quo in extr. v. 1033 *essent* servaret, laudem non meruisse videtur, nam visui illa certe non subiciuntur (cf.

---

[23]) Haec autem et diu scripseram et Welckero, viro amplissimo, in seminario olim scripta tradideram, cum Purmannus, quocum de hoc omni loco fere consentio, me docuit, rem ita etiam a Weilio iam esse perceptam, cuius haec verba sunt (cf. Jahn. Annal. LXVII p. 661): „die Atome sind ewig und unveränderlich; sie können also nichts als ihr Eigenthum haben, was beständiger Veränderung und plötzlicher Vernichtung unterworfen ist, wie *Farbe und Empfindung*, was mit dem eigentlichen innern Kern der Dinge nichts zu thun hat.“

[24]) Prorsus autem eodem modo in libro I, postquam omnium rerum principia esse docuit atomos et inane aliorumque sententias refutavit, inde a v. 921 usque ad 950 *novo quasi prooemio* eo accingitur ut neque corpusculorum illorum numerum nec vero inane spatium finitum esse ostendat.

V. 102) sed obiciuntur. Neque vero in hac forma conditionalis enunciati offendendum est: *si sint obiecta — quid poterat dici - - ?* Haec enim mente sic expleas: *si sint obiecta - - - omnes dicant: nihil poterat mirabilius excogitari!*

V. 1047. Unius codicum familiae *(bc)* auctoritas quoniam duarum *(Ad)* auctoritati posthabenda est. nec sane *pervolare* vel ipse animi iactus potest, ubi finem non reperias, aut *liber quoque quo volet ipse* cum correctore nescio quo Victoriani (ut O QVO pro QVOQ. QVO relictum credamus), aut saltem *quo provolet ipse* legendum puto.

V. 1059. Versui huic:

sponte sua forte offensando semina rerum

suam caesuram non deesse puto, non magis quam Horatiano illi *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro* aut huic Lucretiano V 165 *Desiperest: quid enim in-mortalibus atque beatis*, ubi legitimam incisionem non tam inter vocales coniquescentes, quae Lachmanni sententia est p. 413, quam inter compositi verbi partes fieri existimo. Casu enim factum esse persuadere mihi non possum, ut inter exempla quaecumque L. p. 413 congessit ne unum quidem exstet, quod aliter comparatum sit. Itaque, quoniam vero apprime sententiae convenit *ut* particula i. e quemadmodum, eam v. 1058 pro *et* quam v. 1061 *coluerint* coniunctivum, cum „libri indicativum subindicent," facere maluerim.

V. 1068. Hic *rei* locum non esse, sed Lucretium scripsisse censeo:

cum locus est presto, nec vis nec causa moratur
ulla, geri debent nimirum et confieri res.

cf. I 238. V 775. VI 31. Omne vero argumentum hoc est: 1) „Si materies parata, locus praesto est, nec ulla vis aut causa moratur, res fieri debent; 2) *nunc autem* seminibus innumera copia est et manet eadem illa *vis*, natura creatrix, quae (non modo non moretur sed) in loca quaeque semina possit conicere: ergo plures debent esse orbes mundi." In his, ubi *nunc autem* posui, *nunc et* in *Abd*, *nunc ad* in *c* scriptum est. Hoc rationem firmabit auctoritate, si

v. 1070 sic legendum existimo:

nunc at seminibus si tanta est copia, quantam etc.

De *at* particula traiecta vide supra ad v. 817.

In versu autem abhinc tertio *vis* vocem oblitterare non debebat Lachm. In archetypo simpliciter Q litt. exciderat, quemadmodum v. 1145 post PUTRIS. Itaque

v. 1072 scribendus est:

Visque eadem natura manet, quae semina rerum etc.

V. 1089. Egregie Bernaysius fecit:

quam genus omne quod hic generatim rebus abundat.

Ex Lucreti enim mente terra, sol, luna, mare, cetera non magis „generatim rebus abundant," quod ipsum in eo est ut demonstret, quam quos aperte *hic* (in terra) abundare videmus, homines, feras, pisces, aves. Ergo aptissime haec iam inter se opponuntur et lenior sane est mutatio. Nam *his* atque *hic* vocabula et IV 1244 inter se permutata et statim

v. 1120 permutanda sunt. Non enim *his rebus* (quibusnam?) aetas debet consistere (i. e cohiberi, stare nec ultra progredi cf. v. 332. V 415. VI 455. 462), sed *tum*, eo si ventum est, ut summum aetatis florem iam attigerint. Rem et Christius vidit p. 18.

V. 1122. *Hilari* formam, quamquam Vict. liber eam exhibet, inde tamen parum auctoritatis habere, sed *hilaro* praeferendum duco non solum propter linguam sed etiam propter artem: facillime enim excidit O insequente G.

V. 1125.

dum facile in venas cibus omnis inditur et dum etc.

Non puto hic semel *indere* verbo Lucretium usum esse qui eadem de re constanti usu (cf. v. 1136. III 477. 703. 707. V 621. 629. 631. 955. VI 946) *diditur* dixerit, quod solum rei convenire dicendum est. *Inditur* enim in os cibus, sed „in venas omnis" *diditur*.

V. 1130. Vereor ne *olescendi* potius vetustum verbum quam *alescendi* subindicare videatur Nonius p. 247—8 (cf. eundem p. 58), ubi de *ad-olere, ad-olescere*, „unde *ad-olescentem* dicimus," loquitur. De eodem et hic et supra v. 1061 *(cóluerunt* ei enim est *co-oluerunt* non *co-aluerunt)* haud inepte cogitavit Lambinus.

V. 1165.

— in cassum magnum cecidisse laborem

i. e *durum* (III 999. V 1272. 1359) aptius queri aratorem existimo quam *manuum-labores*. Labores illos non *manuum* esse sed *hominumque boumque* vere sensit Virgilius G. I 114, et praeterea etiamnum quaero, num quis veterum *manuum labores* noverit.

Versus 1170—72 *Bergkium*[25]) post v. 1167 transferendos recte dixisse et olim iudicavi in diss. mea p. 36 et nunc iudico. Addere potuit, iam Lambinum id saltem sensisse, versus illos ad aratorem potius quam ad vinitorem spectare, at ille quod versus 1168 et 9 delendos censuit, non recte fecit.[26])

Habes iam quae ad perpoliendos istos libri II versus IↃXXXIII monenda mihi videbantur. Quae si perlustraveris, alia a Lachmanno aliisve in Lucretiano carmine praeter necessitatem immutata, alia non bene sanata, alia denique quamvis male sana sine medicina adhuc relicta esse me iudicare invenies. Ita igitur opere tripartito illis, quae supra quo modo cumque exposui, alia quaedam subiungere in animo est, quae tute „mecum acri iudicio perpendas" velim.

Itaque primum praeter et necessitatem et veritatem derelictam esse censeo librorum scripturam quater in eodem argumento quod est a v. 1 599—634. De primis statim versibus frustra interpretes laboraverunt; Havercampus solus, quod mireris, „ferri posse lectionem quae in codd. exstat" iudicavit, sed confidentius mihi dicendum est, in his:

Tum porro quoniam est extremum quodque cacumen
corporis illius, quod nostri cernere sensus
iam nequeunt, id nimirum sine partibus extat
et minima constat natura etc.

nihil mutari posse nisi cum sententiae iactura. Mire Lachm. fallitur aeque atque in v. 334 perperam de definitione cogitans, cui quae infra leguntur v. 749 seq. repugnare dicit. Sed *est* hic quoque valet ἔστι, et tantum abest ut repugnent, ut quam maxime illustrent hunc locum ea quae infra sunt. „Quoniam illud corpus, inquit, quod iam cerni nequit, i. e atomus, extremum habet acumen, hoc certe prorsus minimum est." Ipsae enim atomi Leucippo, Democrito, Epicuro minimae non sunt, quippe quae „minimis partibus stipatae cohaereant," inani nullo interiecto. Vide v. 610 et II 485 *„fac enim minimis e partibus esse corpora prima tribus, vel paulo pluribus auge."*[27]) Ergo de ipsis atomis nullo modo haec dicta sunt, quae legimus v. 625:

fateare necessest
Esse ea quae nullis iam praedita partibus extent,

sed de minimis illis quae, quoniam per se constare nequeunt (v. 607), haerere debent unde revelli non possunt. Quare poeta sic pergit (v. 626): „quae (minima) quoniam sunt, illa quoque solida atque aeterna (primordia) esse, extare, tibi fatendum est." Haec igitur ab interpretibus prave intellecta sunt; sed debebant tenere, haec omnia a poeta afferri propterea ut *esse rerum*

---

[25]) Cf. Jahn. Ann. vol. LXVII p. 319.

[26]) Sero autem versus 1146—49 quoque, id quod infra elucebit, necessario transponendos esse intellexi.

[27]) Rectissime Gassendi rem explicat fol. I p. 268: „non secus ac sensile corpus intelligi potest contextum ex minimis sui sensibilibus, quasi ex partibus quibus exiliores non cadant in sensum, ita posse atomum intelligi constantem ex suis illis minimulis, quasi ex particululis, quibus exiliores non cadant in intelligentiam." Idem attulit haec Pseudo-Plutarchi de plac. phil. I, 3: καὶ εἴρηται ἄτομος οὐχ ὅτι ἐστὶν ἐλαχίστη ἀλλ' ὅτι οὐ δύναται τμηθῆναι, ἀπαθὴς οὖσα καὶ ἀμέτοχος κενοῦ. Cf. Reisackeri Quaest. Lucr. p. 9.

primordia solidae simplicitatis demonstret. Quo igitur suo iure Lambinus haec Lucretio tribuerit:

628 *Denique ni minimas in partis cuncta resolvi*
cogere consuesset rerum natura creatrix,
iam nil ex illis eadem reparare valeret,

si me non intelligere fateor, minime vereor, quod ille contradicturo minatur, caecutientis opprobrium. Immo natura ex Lucreti mente res cunctas resolvit non in ipsa minima, sed in primordia; Creechius vero, si *a mathematico suo Minimo* poetam hic redire narrat ad *physicum Minimum* (i. e atomum), falsa narrat. Ea enim distinctio apud Lucretium nulla est. Verissimum hoc, quod libri exhibent: „denique *si* minimas in partes natura cuncta resolveret, nihil ex *illis*[28]) reparare valeret,

(631) *propterea quia, quae nullis sunt partibus aucta,*
non possunt ea quae debet genitalis habere
materies, varios conexus, pondera, plagas etc.

In his Lambinus, quem praeter Gifanium et Pareum omnes secuti sunt, iterum contrariam sententiam fieri voluit — unum enim alterum trahebat vitium — scribendo *multis*. Sed perperam hoc esse factum iam luce clarius est, modo comparaveris v. II 485 seq. Propter enim id ipsum „*partibus aucta*“ primordia Epicurus statuit, quod aliter nec figuris ipsa variare nec res ullas creare possent cf. II 720 seq. Nam quae tamquam mathematica puncta sunt („nullis partibus aucta“), inter se nihil distant; quae autem non distant, varios conexus, pondera, plagas, concursus, motus habere nequeunt ac ne magnitudine quidem diversas res procreare possunt. — Iamque ex his omnibus etiam elucebit, cur in v. 611 Preigeri emendationem, quae est *illarum*, Marullianae praeferam, quoniam sane de aliis *ullis* cogitari nequit, nisi de *minimis illis partibus*. Cf. diss. m. p. 32 u. 16.

Transpositionem autem illam, quam Reisackerus in quaest. Lucr. p. 9 suadet, ut versus 615 — 27 („minimas partes necessario constituendas esse“) superioribus illis 599 — 614 („quales sint partes illae et quomodo in atomis coniunctae“) praemittantur, nequaquam probare debemus, siquidem haec verba v. 626 — 7 „*quae quoniam sunt Illa quoque esse* (i. e *extare) tibi solida atque aeterna fatendum*“ respiciant necesse est versus 607—614: *quae quoniam per se nequeunt constare* etc.

Inde ex hoc loco satis memorabili revertor ad v. I 517 qui mea quidem sententia optime in libris sic exhibetur:

nisi materiai
concilium, quod inane queat rerum cohibere.

Nam omnibus rebus inane admixtum esse cum aliquotiens supra docuerit (369. 382. 511. 514), quid? sine ullo iam ambiguitatis periculo *inane rerum* poetae dicere non licuit? Itaque neque violentiorem Lachmanni emendationem *inane in rebu' queat*, neque lenissimam per se Bernaysii *rerum* scribentis admittendam censeo. Ceterum debuit, ni fallor, *vere* i. e „vera ratione“ dicere.

Nimius autem in eo fuit Lachm., quod in *s* finali elidenda adeo librarios offendisse putat, quos saepissime non offendisse videmus (v. 975. 986. II 53 etc.). Eius rei luculentissimum exemplum prodidit in vv. II 17 — 19:

nonne videre,
nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, cui
corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur
iucundo sensu, cura semota metuque!

ubi Lachm. (et Bern.) *menti'* — *semotu'* fecit. Sed naturam nonne consentaneum est „*sibi latrare*,“ ut ipsa fruatur? Lambinus igitur recto iudicio, quamquam et ipse de *semotu'* cogitaverat,

[28]) Atque ita demum demonstrativum quo referatur habet; nam in quas partes *non* resolvuntur, ex *illis* sane reparari nihil poterit.

simpliciter ac vere *cum* pro *cui* scripsit, quod mihi quoque statim in mentem venerat. Nihil autem inelegantiae duobus istis ablativis inesse sentio, quorum alter est adverbii loco (ita *mente tueri* v. 1203) alter obiecti. Simile exemplum habes VI 1209.

Versum I 834:

Principio, rerum quam dicit homoeomerian,

cum eis quae secuntur coniungendum esse, vere docuit Lachm., idem tamen cur *quom* faciendum esse putaverit, non assequor. Immo *quam* (i. e *eamque)* optime se habet. Eadem attractione bis utitur Lucr. intra septem versiculos III 94 et 100.

In v. III 404 verissimum esse iudico, quod in Obl. cod. exstat, *membrisque remotus:* „quamvis est lacer undique truncus, vivit tamen, adempta anima, *membrisque remotus.*“ Ita enim illum qui est membris *orbus* eodem modo vocat, quo dixit II 839 *sine odore ullo* constare quaedam *sonituque remota*, V 125 *quid sit vitali motu sensuque remotum.* Ceterum haec sic distinguere praestat:

At manet in vita, cui mens animusque remansit,
quamvis est circum caesis lacer undique membris:
truncus, adempta anima circum, membrisque remotus
vivit et aërias vitalis suscipit auras;
si non omnimodis, at magna parte animai
privatus, tamen in vita cunctatur et haeret.

Versus III 1042 cum in libris talis exstet:

Ipse Epicurus obit decurso lumine vitae,

Lachm., quia Lucretium contracta forma hac ante consonantem usum esse non credit, *iit* scripsit. Equidem quamquam, cur multi perfecta illa *īt* (cum compositis) et petīt ultima producta ante vocales non dixerint, rationem saltem percipio, formas contractas cur alii non nisi vocali alii consonanti insequente adniserint frustra quaero. Praeterea tam rara sunt apud singulos scriptores huius rei exempla, ut magnopere verendum sit, ne quod casu tantummodo factum est, legem esse statuamus. Ter quaterve (accedit enim e Bernaysii coniectura *subiit si e frugibus* III 694, quod valde arridet) solutis formis ante consonantem Lucr. usus est I 222. III 710. 798, bis contractis ante vocalem IV 314. 771. Deinde quaero, nonne supra in v. huius libri 502: *inde ubi iam morbi reflexit causa reditque In latebras acer corrupti sanguinis umor* pro perfecto tempore habendum sit *reditque?* Attamen si iam sit praesens, nihilominus firmiter tenebo hoc de quo res est contrarii usus exemplum. Nam si *iit* poeta dixisset, consentaneum erat ut v. 1045 eodem verbo uteretur: *indignaberis ire.* Accedit quod *iit* et *obiit* aliquanto differunt, nec poterat, si quid sentio, illo verbo de Epicuro celebratissimo magistro uti. *Ire* enim sonat *perire, interire*, οἴχεσθαι (cf. II 962. III 526. 594. VI 1242), eius autem animo qui *obiit* dicit, obversatur pulcherrima et huic loco unice conveniens imago, qua in proximis utitur: *exortus ut aetherius sol.*

In v. VI 759 immerito offendisse Lachmannum, cui intolerabilia haec videbantur:

In Syria quoque fertur item locus esse videri,
quadrupedes quoque quo simulac vestigia primum
intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa,
manibus ut si sint diris mactata repente,

Christius recte iudicavit p. 26 — 7, nec aliter equidem censebam in iis quae ante hos tres annos ordini philosophorum Bonnensi tradidi (cf. diss. p. 37 ad VI 187—8). Itaque nunc pluribus iam exemplis, quam Chr. fecit, „nullam esse Lucreti huiusmodi neglegentiam“ Lachmannum p. 262 non vere dixisse comprobaturus sum. Unum illud I 352 *crescunt-arbusta - - quod cibus in totas diffunditur* Lachm. a se ipso allatum mire excusavit. Aliud vero prorsus simile fugere eum non debebat VI 214—15:

Fulgit item, cum rarescunt quoque nubila caeli;
nam cum ventus eas leviter diducit euntis etc.

Atque etiam inverso ordine v. 185 seq. dixit:

scilicet hoc densis fit nubibus et simul alte
extructis aliis alias super impete miro.
nec tibi sit frudi, quod nos inferne videmus
quam sint lata magis quam sursum extructa quid extent.

Quae recte Bern. in hunc ordinem revocavit, sed etiam *inferne* retinendum ei fuisse iam in diss. p. 37 monui. Nimis ab illis non differre existimo haec: I 165—6 *Nec fructus idem arboribus constare soleren', Sed mutarentur, ferre omnes omnia possent.* I 449—50 *Nam quae cumque cluent, aut his coniuncta duabus Rebus ea invenies aut horum eventa videbis*, ubi tamen potius est fortasse, ut una litterula mutata *harum* scribamus. I 922 *Nunc age, quod superest cognosce et clarius audi. Nec me animi fallit, quam sint obscura* etc. II 1040 seq. *Desine qua propter novitate exterritus ipsa Expuere ex animo rationem, sed magis acri Iudicio perpende, et si tibi vera videntur, Dede manus, aut, si falsum est, accingere contra.* Denique VI 1130: *illa quoque in corpus pariter sorbere necessest*, ubi, quo *illa* referatur necesse est, *ris* praecedit. His igitur exemplis fretus haud scio an ne in v. quidem VI 456 quidquam mutandum sit:

haec faciunt primum parvas consistere nubes:
inde ea comprendunt inter se conque gregantur etc.

Huc vero non pertinet tale exemplum a Christio allatum III 184: *ocius ergo animus quam res se perciet ulla, Ante oculos quorum in promptu natura videtur*, scilicet h. l. *eorum* mente addas necesse est, aeque ac loco gemello II 583 *nil esse, in promptu quorum natura videtur, Quod genere ex uno consistat principiorum*, vel hoc I 883 *sanguinis aut aliquid nostro quae corpore aluntur.* Nec magis huc non refero I 763 *quattuor ex rebus si cuncta creantur Atque in eas rursum res omnia dissoluuntur, Qui magis illa queunt rerum primordia dici Quam contra res illorum.* [Eadem tamen res est de primo illo I 165!]

Denique de Magnete lapide hic versus est VI 916:

Usque adeo permananter vis pervalet eius,

ubi cum Turnebo et Bentleio Lachm. *pervolat* correxit, immo depravavit mea sententia. *Pervolare* verbum contrario sensu quam quo hic opus est dixit v. 1060: ligna raro sunt cum corpore, ut aestus ille lapidis *pervolet intactus*, hic autem *per ferri anellos* usque ad extremum permanando *vis* eadem *per-valere dicitur*. ita ut aptius nullum et significantius vocabulum fingi possit. Hoc igitur ideo statim vexandum non erit, quia „mirum vocabulum" est et ἅπαξ εἰρημένον. Lucretio enim talia procudere cur non conveniat, qui quam prope in componendis verbis ad graecam indolem accedat, neminem fugere potest? Taedet nunc multa congerere, sed similiter *perfurit* I 275 dixit; sensu inusitato *praefinire* verbum usurpavit I 618, nisi forte *nec res perfiniet ulla* corrigendum est, sicuti *preciderit* in *perciderit medium* emendandum videtur III 606; *procrescere* verbo de rebus genitis quoque usus est II 566 (voranwachsen); *apparère* habet II 1110 (= προσποτείσθαι); *decellere* denique (II 219), *confulcire* (II 98), *interutraque* (septies) ipse Lachm. ei arrogavit.

Ad alterum genus transeo, ubi iustam corruptelarum medicinam neque Lachmannum, nec, qui multa iam aliter emendanda esse docuerunt, Bernaysium, Purmannum, Bergkium, Christium attulisse credo.

Itaque in v. I 720 hoc:

— aspargit virus ab undis,
(720) angustoque fretu rapidum mare dividit undis
Italiae terrarum oras a finibus eius,

ut emendandi necessitatem iam concedam — quamquam, quae L. attulit argumenta, satis firma non videntur; neque enim Prisciani testimonium nihili faciendum erit, neque adeo incondite illa cumulata sunt, modo recte iungas vocabula ita ut vertas: und das Meer, brandend in dem engen Sund, trennt durch seine Wogen von Siciliens Marken Italiens Küstenland, nec denique in eodem proximorum versuum exitu nimia est offensio (vide diss. p. 17 n. 8)

— sed ut corruptelam tibi concedam, tamen et Lachmanni emendationem *undans* et Bernaysii *almae* improbans conabor:

dividit oris
Italiae terrarum oras affinibus eius.

Nam *a* praepositionem abesse posse docet Virg. ecl. I 67 *Et penitus toto divisos orbe Britannos.*

Versus I 853 sic in libris exstat:

ignis, an umor, an aura? quid horum? sanguis an os?

Cum quae antea poeta enumeravit nec omnia ac ne sola quidem hic recurrant, nihil sane interest, num „unum certe" etiam accedat. Vix autem *an* particula ab ultimo membro abesse possit. Quare cum Bernaysio Lambini *sanguen an ossa* amplecterer, nisi pluralis numerus me offenderet et alia subnata esset eaque verisimilior emendatio, quae est *sanguinis an ros.* Id vocabulum minime vulgare facillime potuit oblitterari; sed similiter eo utitur Lucr. supra v. 496 *lympharum rore*, v. 771 *roremque liquoris*; *sanguineos rores* (tamquam *guttas*, quas Lucr. v. 838 dixit) Virgil. (Aen. XII 399) novit, et sanguinem Ovidius *rorem stillantem* vocavit. Denique in Vict. cod. ante *os* vocem littera una erasa est; neve in duorum monosyllaborum exitu offendas, cf. v. 297. 361. 410. 434. 445 etc.

Versu II 88 Vossii coniectura:

durissima quae sint
ponderibus solidis neque quicquam a tergo ibus obstet,

ubi in codicibus est *a tergibus*, tantum non meruit me iudice applausum, quantum etiam a Lachmanno tulit. Certe, ut grammaticae satisfieret, in altero versu *durissima cum sint* simul scribendum fuisse arbitror. Sed *ibus* formam quo iure Lucretio tribuerint, quaerendum est. Vossius eandem nescio quo studio poetae largiri voluit etiam v. III 617 et VI 1240. Illic in libris exstat *et certis regionibus omnibus haeret*, ubi Lachm., ne commemorata quidem *omne ibus* coniectura, audacius, ut mihi videtur, *pectoris* substituit, cum *omnibus* dandi casu (simles dativi sunt v. III 129. 169. 375. 699 etc.) non ita absurde dictum sit; altero autem loco e *poenibus at* eruendum esse *poenibat* Turnebus vidit, *poena ibus at* sine sensu Vossius voluit. Poterat ille eodem modo versum IV 648 sic in libris scriptum: *proinde et seminibus constant variantque figura (variatq; figuram d* pr.), Lachmanno lenius emendare scribendo *semina ibus* (Lachm. *ex* — varia*nte*); sed verendum est, ne invito Lucretio tribuamus, quam ex ipso non novimus formam. Itaque et versui II 88 aliter providendum esse crediderim, sic quidem: *neque quicquam extra quibus obstet* (cf. v. 155 *extra officiuntur)* neque Lachmannum sequar, vv. IV 934 et VI 755 eandem formam adsciscentem. Atque in v. IV 934 rectissime se habet *atque eius*, modo in superiore versu *aëris hic* emendemus pro *aëriis*, quae emendatio vel propter v. 938 *aër Verberat hic idem* Lachmannianae praestare videtur. Paullo impeditior alter ille versus est VI 755 *sed natura loci opus efficit ipsa suapte*, unde triplicem offensionem Lachm. removisse sibi visus est scribendo *sed nat. loci vi ibus officit ipsa suapte.* Ego autem num poetae manum restituerit valde dubito atque omnem *vi* vocis vim perire aegre fero. Itaque a Lambino recepta *sua vi* emendatione, qui versuum exitus haud infrequens est (I 13. II 185. III 29. V 206), reliqua sic constituo:

sed natura loci potis est facere ipsa sua vi.

Eiusdem libri vv. 547—8 sic in codd. leguntur:

Quippe etenim sumant oculi finita per omne
corpora iactari unius genitalia rei etc.

Cui loco quid conveniret, cum sanam verbis sententiam inesse Eichstadio et Forbigero nemo crediderit, sibi statim apparuisse gloriatur Lachm., scilicet scribendum esse *si manticuler.* Sed primum quod *si* coniunctione opus esse dicit, non recordatus est, qualem ipse constituerit v. III 935. Neque ita raro in conditionali enunciato coniunctio omittitur, quamquam e Lucretio unum tantum praesto est exemplum IV 1164 *(balba loqui non quit,* τραυλίζει); illo autem loco, quem e libro III attuli, Naugerii coniectura: *nam si grata fuit tibi* etc. Lach-

mannianae longe praeferenda est. Nemo igitur offensurus esset in his verbis: *quippe etenim summam - - - - iactari: unde - - coibunt?* De tali autem sententiae forma propterea cum Bergkio cogitantum erit, quod ea statim quae ipse Lachm. attulit ad commendandum *manticulari* verbum satis demonstrant. non posse illud simpliciter idem significare atque *fingere. sumere. constituere.* Eodem etiam ducit etymon verbi, quod quo iure Bergkius a *manere. mantare* derivandum iudicaverit. ut sit *insidiari*, non video: immo a *mantica. manticula* factum esse apparet, sicut *circulari modulari* a circulo modulo. quare sonat „manticulas attrectare. fraudare, dolose agere." Nostro autem loco ne lenissima quidem fraudis dolive mentio convenit. Itaque Lachmanni coniectura speciosior est quam verior. Neque vero feliciter egit Bergkius. qui *sumam vocuum* (i. e vacuum?) ernit. Non enim per spatium vacans illa unius rei genitalia corpora turbare cogitantur. sed potius occulta inter reliquam materiae copiam (vide v. 550). Itaque quoniam de *sumam occulte* cogitare non debeas. a Lucretio profectum esse conicio aut *sume (sumam?) ante oculos*, ut finitam illam corporum multitudinem ante oculos (= augenscheinlich cf. I 342. II 732. III 75. 185) turbare concedat. quasi in promptu iam res sit. aut *sumam magnum finita per omne: magnum omne* iterum infra dixit v. 1108 (cf. I 74).

Idem illud *manticulandi* verbum a Lachmanno temere receptum Bernaysius in v. III 240 induxit. ubi haec sunt in libris:

nil horum quoniam recepit mens posse creare
sensiferos motus quaedam quc mente volutat

e quibus primum haud scio an *recepit* formam antiquiorem eodem iure Lachm. retinere potuerit quo eiĕcit II 951, traiĕcere III 513, alia. Altero in versu Lambinus *quaedam qui mente volutent* fecit, interpretatus „quoniam mens non recipit. seu non approbat, quicquam horum trium posse sensiferos motus creare. qui motus res aliquas cogitare et volutare queant." Faber nihil sani hoc habere sed rationem postulare vult *queis omnia mabilitantur* (v. 248). Alios Creechius legere narrat „*qui dant quae mente volutes.*" Wakefieldus denique suam coniecturam *quaedam quei mente volutant* interpretatur „qui consistunt in quibusdam volutandis per mentem." Haec omnia ut vanissima commenta non commemorat Lachm., qui tamen quod *sensus* mentionem inferendam putavit sic quidem: *nil horum quoniam recipit quem posse creare* mirifice erravit. Quis enim unquam ita pron. relat. collocaverit? Nec magis alterum versum adiuvit, quem sic prodire iubet: *sensiferos motus quaedam ris menti volutat.* Sententiarum vero connexus talis sit necesse est: „nec tamen haec tria satis sunt ad sensum creandum. quoniam nihil eorum sensiferos motus ullo modo creare potest: quarta igitur natura iis attribui debet, initium motus quae illis dividat (271)".

Haec Bernaysius cum perspexisset. tales versus constituit:

nil horum quoniam recipit res posse creare
sensiferos motus. quidam quod manticulantur.

Quam coniecturam quominus probem praeter *manticulari* verbi significationem obstant alia incommoda. Nam recipere mentem ea tantum quae ratio admittat recte Lachm. negavit. Itaque *recipit res*. quod elegantiae solum Bern. tribuisse videtur, eodem sensu non magis admittendum erit. Deinde altero in versu commemoratur adversariorum sententia, quae qualis sit quorumve non liquet. Quicumque enim ante Epicurum animam corpoream esse voluerunt. omnes simplicem eius naturam statuerunt; vide Pseudo-Plut. de plac. phil. IV, 3. — Quodsi autem Purmannus huius loci corruptelam reconditiorem esse putat quam quae sanari possit, sententiae satisfieri, si legatur *quibus constet cumque voluntas*, neutrum recte dixisse videtur. Neque enim *voluntas* solum mobili illa vi creatur. sed omnes omnino sensiferi motus, nec nimis violenter versus sic restitui posse existimo:

nil horum quoniam recipit, se posse creare
sensiferos motus, et quae mens cumque volutat.

Versus III 493, qui in libris talis exstat:

ris morbi distracta per artus
turbat agens animam spumans in aequore salso etc.

non dubitandum est quin sine artificio ita debeat emendari, ut inserta comparandi particula, sed ea quae et simplicissima est et facillime propter proxima excidere poterat, scribamus *spumas ut in aeq. s.* (i. e turbat animam, spumas agens) ubi Lachm. *spumat quasi in* etc. effecit.

VV. III 573—5 in libris hoc modo leguntur:

Corpus enim atque animam serit aër, si cohibere
Sese anima atque in eos poterit concludere motus,
Quos ante in nerris et in ipso corpore agebat.

Obl. tamen *sic cohib.*, Quadr. *Esse anima.* Atque in v. 573 *animans erit* Naugerii et Lambini correcta citius non cognoveris quam arripueris, in proximo autem versu Wakefieldi coniecturam *In se animam* haud scio an cupidius Lachmannus probaverit. Nam neque corpus nec aër animam *in motus concludit* (!), sed ipsa anima in corpore nostro conclusa motus sensiferos movetur, quod est v. 569, et poterit dici *in aëre se cohibere atque concludere* (perficere) *motus (eos), quos* etc., quare una litterula eiecta dicas mecum:

Sese anima atque in eo poterit concludere motus etc.

In eiusdem libri v. 657 *minanti cauda* verba offensioni non esse vidit Bernaysius, sed idem haec poetam cumulasse voluit „serpentem vibrante lingua, minanti cauda, procero utrimque corpore." Mihi alia videtur esse corruptelae sedes atque illi putarunt et sic conicio:

quin etiam tibi si, lingua vibrante, minanti
serpentis cauda procerum corpus utrimque
sit libitum in multas partis discidere ferro etc.

Paullo post v. 868 Lachm. sic constituit:

neque hilum
differre, ante ullo fuerit iam tempore natus.

Obl. *annullo anullo*, Quadr. *anullo anullo*, Vict. *anulla* (semel). Sed quod Lachm. fecit num latinum sit dubito. Fallitur enim in eo quod omissae particulae exemplum infra esse dicit IV 1259, ubi e superiore versu *ut* particula repetenda est: *refert ut semina possint Seminibus commisceri genitaliter apta Crassaque conveniant liquidis.* Quae differant autem quoniam duo sint necesse est, Lucretius aut debebat dicere: „neque quicquam differre eum qui non est ab illo qui nunquam fuit," aut hunc in modum sententiam concipere: „neque quicquam differre, utrum fuerit ullo tempore an nullo fuerit." Itaque, si quidem in priore membro *an* admittendum non erit (cf. Bentleium ad Hor. S. II, 4. 10. ep. ad Pis. 116), ut facere liceat: *an nullo fuerit iam tempore an ullo*, verisimillimum hoc esse censeo:

referre, ante ullo fuerit num tempore natus.

V. 894, ubi alios sibi contradicentes facit poeta, *at* particula unice apta est, iteratum *iam* paene absurdum. Itaque illam recte eruisse Marullus est dicendus. Obl. *Am*, Vict. *An*, Quad. *Vim.*

Versus IV 490—3 cum in libris hoc modo exstent:

ideoque necessest 490
et quod molle sit et gelidum fervensve videri
et seorsum varios rerum sentire colores
et quaecumque coloribu' sint coniuncta necessest,

Lachm. in v. 491 pro *videri* substituit *seorsum*, in v. 493 *videre* pro *necessest.* Mihi uti lenius ita verius in v. 490 *seorsus* pro *necessest* et in v. 491 *videre* legendum videtur. Nam duobus sentiendi verbis usus Lucretius non potuit alterum alteri membro non tribuere, quoniam aliter verborum oppositio fit, quae in re minime inest. *Videre* de auditu dictum habes et v. 577 et 598, ubi recte Bernaysius fecit: *conloquium clausis foribus quo saepe videmus (quo* i. e. *quare*, ut saepissime *hoc* sonat *hac re)*, nisi forte *quod* praeferendum est pro eo quod erat QVOQ.

Versus IV 740 deperditas litteras postremas cum Lambinus ita refinxerit:

nulla fuit quoniam talis natura anima[lis

qua in re omnes eum secuti sunt, vix dubito equidem, quin Lucretius scripserit *animantis*

(cf. 859). Nam neque aliter nisi plurali numero dixit *animalia*. nec placet eiusdem sonus repetitio. Ad evitandum autem eiusmodi ὁμοιοτέλευτον hunc versum Virgili (Aen. II 56) et codicum auctoritas et Servius sic legi iubet: Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

Transeo ad v. V 923:

sed si quaeque suo ritu provedit. et omnes
foedere naturae certo discrimina servant,

ubi Lambinus, cum deesset nomen gen. femin., fecit *res sic quaeque*. Hoc „male factum" esse iudicans Lachm. *sed vis quaeque* dedit. quod multo minus probandum est. Primum enim *vis* cogit potius res procedere (II 277). quam ipsa procedit; tum vero Lucr. non novit virium multitudinem, quae a rebus seiunctae sint quaeque certe foedere naturae sua discrimina servent; de rebus ipsis autem saepissime ita loquitur (vide supra V 56 seq.); deinde quid simplicius est, quam hoc a poeta dici: „sed unumquodque suo procedit ritu et certo naturae foedere res discrimina servant?" Itaque *res* vocem recipere non dubitabo, sic quidem: *sed res quaeque*.

Paullo infra v. 947 *clarigitandi* verbum inducendum esse Lachm. mihi non persuaserat, antequam Ritschelius suam sententiam interponeret in acad. Bonn. scholarum indice a. MDCCCLIV — V p. X — XII. Ne per grammaticam quidem licuisse a tali verbo, quale est *clarigo*, nova derivatione iterativum fingi, ille me docuit; ipse videram *clarigandi* verbi propriam notionem prorsus ab hoc loco abhorrere, quam his verbis Plinius testatur X. H. XXII, 3: „clarigatum i. e res raptas clare repetitum." Neque alieno sensu Livius VIII. 14, 6 substantivo *clarigatio* usus est, quod in vetere glossario explicatur „pigneratio, ἐνεχυρίασμός." ut ipse Lachm. p. 381 dicit, hic eius rei immemor. Itaque quoniam non ita absurdum videbatur, si aquae decursus a feris audiri diceretur, sic versum redintegrare conatus eram:

clarisonus late sitientia saecla ferarum.

citat (i. e vocat) a librario supra scriptum fuisse mihi finxi, sed ab ipso poeta proficisci potuisse auctor est Ritschelius, qui leni mutatione fecit *largu' citat*.

Versus V 1106 cum sic in libris habeatur:

ritamque priorem
commutare novis monstrabant rebus et igni

confidentius Lachm. voluit *rebu' benigni*. Mihi vix dubium est, quin poeta dixerit *rebus ab igni*, sive res ab igni profectas sive illos ipsos ab igni proficiscentes mavis. Similia exempla sunt I 693. II 50. III 74. VI 968. Comparare possis etiam Hor. epod. 17, 24 et Aesch. Prom. v. 256 ἀ φ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας.

In eiusdem libri v. 1267 quod Lachm. proposuit, Bernaysio persuasit:

materiemque domo, levare ac radere tigna

ideo non probavit mihi, quod quem ad usum materies caedatur addere minime opus est, ubi id solum agitur, cui usui sint aera ac ferra. Itaque ut *levandi* ita *dolandi* exquisitum vocabulum oblitterari non debebit, *radendi* autem verbum nec desideratur et vero facile adscribi poterat ab interpretibus. Quare haud scio an ex iis quae in libris sunt *(dolaret levare acradere)* faciendum sit:

Materiemque dolare et levare aspera tigna

cf. Hor. Ep. II, 2, 122 „nimis *aspera* sano *Levabat* cultu." Neque vero reticendum erit, hanc emendationem mecum olim Franciscum Pauly excogitasse.

Versu VI 242 quod Lachm. fecit:

et lamenta virum commoliri atque ciere.

ubi in libris est *monimenta*, cum non solum per se mire ac languide dictum sed inter alia illa quae fulminis ictus tanto suo impetu efficere dicitur paene ineptum sit. haud magis mihi probatur quam Bergkio. Qui tamen quod coniecit „et monimenta virum *vi commolere ac vitiare* aeque languet. Equidem cum Bentleio sententiae vindico *demoliri* verbum et reliqua sic emendo:

et monimenta virum demoliri et celeri vi
Exanimare homines etc.

In eiusdem libri v. 286 codices haec habent:

displosa repente
opprimere at caeli videantur templa superne.

ubi *opprimere* verbum intransitive dictum esse Lambino haud magis credideris, quam cum Lachmanno *exprimere* corrigas. quod quam sententiam efficiat non intelligo. Haud male igitur Bernaysius dedit *occidere*. sed ab *opprimere* verbo propius distat *obruere* i. e superne corruere. Cf. III 775: *et domus aetatis spatio ne fessa vetusto Obruat.*

Versus 368—70 tales in libris leguntur:

Prima caloris enim pars est postrema rigoris.
tempus id est vernum: quare pugnare necessest
dissimilis inter se turbareque mixtas.

Lachm. *tempus ut est vernum*, deinde *inter se res* fecit. Hoc, quia non *res* quaelibet inter se pugnare dicuntur, sed caloris rigorisque *partes* illae, probandum non est, illud potest probari. modo ne eo sensu quem Lachm. voluit („i. e quale vernum tempus est"). sed hoc potius: *ubi* vernum tempus est. Id ipsum tamen praeferendum puto. Tum si *inter sese* fecerimus. omnia iam integra erunt. Bernaysius haec effecit: *quo res pugnare n. — inter sese*. deinde primo versui inseruit *si* coniunctionem sic quidem *pars si est*, scilicet quo accuratius iam responderent haec eis quae insecuntur: *et calor extremus primo cum frigore mixtus Volvitur* etc. At vero reliqua tamen non respondent.

Paullo infra quae huc in modum detorta leguntur:

(550) *nec minus exultant es dupvis cumque vim*
ferratos utrimque rotarum succutit orbes

ea Lachm. restituisse sibi visus est scribendo *et ubi lapi' cumque viai.* Sed et dura videtur haec emendatio, et vereor ut similis structurae exemplum exstet. Nam valde differt quod specie proxime accedit III 1093 „nec minus diu iam non erit ille qui hodierno lumine vitae finem fecit *et ille* qui multis annis ante occidit." Eiusmodi enim comparatio hic non est. Bergkius autem qualem in *utrimque* adverbio offensionem inesse senserit, non perspicio. Conferas velim v. 835 *et conamen utrimque alarum proditur omne.* Neque probare possum quae ille proposuit sibi ipsi non plane satisfaciens: „nec minus exultant *rupis, ubicumque viai* Ferratos *auriga* rot. etc." Christius igitur v. 548 plaus*tris*. unde plaus*tri* Lachm. effecit, servari et verba *magno pondere* appositionis vice fungi voluit ac versum deinde 550 sic constituit:

nec minus exultant sedes, ubicumque viai etc.

i. e. et tecta propter viam contremiscunt et *(nec minus)* sedilia vehiculorum ipsa exultant, „si qui locus viai" (i. e *ubicumque viai!*) orbes rotarum succutit. Sed neque verba *nec minus* de duabus rebus, quae aeque plaustris concutiantur, hic agi necessario indicant. et vero gravis error est, quod *ubicumque viai* pro subiecto esse idemque valere posse autumat atque *„si qui locus viai."* Parum caute nos relegat ad v. V 739 *Flora quibus mater praespargens ante viai Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet.* Nam *ante viai* hic non „idem est quod *anteriora viai loca*" sed adverbii loco positum aeque ac *inde loci* V 741. 791 *ubi loci* V 807, obiectum vero est *cuncta*. Itaque cum *repentinum concussum* et *late disserpentem tremorem* distinguendos esse superiora doceant. equidem hos versus haud scio an et lenius et melius emendaverim hunc in modum:

et merito. quoniam plaustri concussa tremescunt
tecta. viam propter. non magno pondere tota,
nec minus exultant. si quavis cumque viai
ferratos utrimque rotarum succutit orbes etc.

Alterum „late disserpentes tremores" alterum „magnus repente concussus" est. Plaustrum autem ipsum rotarum orbes succutere licebit dicere; *nec minus* verba idem fere sonant quod *atque adeo*.

Versum abhinc decimum quartum codices hunc praebent:

inclinata minent in eadem prodita partem

ubi cum Italis Lachm. *eandem*, deinde pro *minent* scripsit *meant*, quod Bernaysius *abeunt* esse maluit. Sed haud scio an neuter verum viderit. Nam se abitura esse minantur tantum (IV 403. V 1237), donec refrenata in sedes suas recipiantur. Quare legendum puto:

inclinata minantur candem in prodita partem.

Denique iam ad tertium genus aggrediar eorum quae quamquam male sana sine medicina relicta videantur. Etenim etiam Lachmanni acumen atque diligentiam hic illic fugisse aliquid, quod sanitatis speciem mentiri tantum dicendum sit, cum per se suspicari liceat, tum luculentum exemplum est IV 147 et 152, ubi simulacra illa transire imprimis *vestem* dicuntur. Sed hanc non admodum apte dici Lambinus videtur sensisse, qui tenuissimam quamque, sicuti Coam, intelligi iubet. Comparato autem versu 602 nemo dubitabit cum Purmanno amplecti Oppenriederi coniecturam, quae est *vitrum*. Id genus igitur et antea iam nonnulla ostendi et alia nunc quaedam monebo.

Itaque v. I 122 cum sic in libris sit:

Acherusia templa,
quo neque permaneant animae neque corpora nostra,

Lachmannus vellem aliis exemplis ita latine dici posse ostendisset, atque his, quae quamquam similia videntur dissimillima sunt: (animus) *Solus ad extremos permanet ille rogos — ad longincum tempus permanere* etc. De talibus nemo unquam dubitaverit, sed „*in Acherontem permanere non animas nec corpora, sed quaedam simulacra*“ dici posse non credo, nec credebant veteres illi editores, qui *permanent* recte fecerunt; corrector nescio quis Victoriani (estne ipse Baptista Pius, qui idem edidit?) *perreniant*.

In eiusdem libri v. 367 necessario faciendum esse censeo:

dedicat et multo vacui minus intus habere.

quo vel ipsi libri ducunt, nam *vacuim bc* praebent; *vacuum* (quod in *Ad)* ratio respuit; non enim *ipsum vacuum* sed *vacui partem* intus habent, quapropter poeta ante dixit vel *plus inanis*. Rem viderunt Marullus, Naugerius, Lambinus.

Eodem modo peccatum esse existimo IV 209 *hoc etiam in primis specimen rerum esse videtur, Quam celeri motu rerum simulacra ferantur, Quod* etc., quae primo adspectu non poteris non ita accipere ut *rerum esse* pro praedicato sumas, cum debeas intelligere *huius rei* verum *specimen, quam* etc. Itaque legas *veri*, de quo Lambinus iam cogitavit. — Cum eodem v. I 525 necessario addendum censeo *est* verbum post *distinctum*. Nam inepta ratione, si quid video, Lachm. et Bernaysius haec ita distinxerunt:

alternis igitur, nimirum, corpus inani
distinctum quoniam nec plenum naviter extat
nec porro vacuum, sunt ergo etc

Quid, quaero, nec plenum naviter nec vacuum exstare dicit? *Omne quod est, τὸ πᾶν*, ut opinor. Deinde vero non novi exempla, *ergo* dici posse eo modo, quo illi voluerunt. Lucretius vero sic argumentatur: *alternis igitur — distinctumst, quoniam — vacuum* (quod concedas necesse est): *sunt ergo* etc.

Paullo infra in v. 569 Lucretio deberi iudico et, quantum video, superiores omnes editores iudicaverunt:

admixtum quoniam simul est in rebus inane

ubi in libris *semel*: sed id quomodo dicere possit, qui eam rem supra evicerit ac demonstraverit, non exputo. Est hoc ex innumeris illis vitiis, quibus archetypon iam inquinatum fuit.

V. I 594. *Si — possent, incertum iam constet - - - nec - - possent*. Hanc formam hypothetici enunciati apud Lucretium certe non inveni, ad indicativum vero et futuri et praesentis [29]) saepissime transit cum a coniunctivo praes. (velut I 385. 513. 960. 968—73 etc.) tum a coni. imperfecti, ut paullo post v. 645: *cur possent — si sunt*. Itaque

[29]) Id addendum mihi fuit in diss. mea p. 5.

inverso ordine hoc loco faciendum puto: *si — possent, incertum — constat* etc. De versu II 1033 supra dixi.

Intolerabilem videri hanc verborum abundantiam I 680:

Nil referret enim quaedam decedere, abire
atque alio adtribui etc.

et *aditum* necessario significandum fuisse (cf. vv. 677. 800. II 770. III 513) cum alii viderunt (velut Lambinus) tum nuper Christius monuit l. l. p. 14, qui et ipse *alia* voluit. Nam „alio attribui i. e. in alio loco addi“ Eichstadio et Forbigero persuasit Wakefieldus, mihi non persuasit. Attamen ne hoc quidem ita Lucretium cumulasse credo *decedere abire*. Possis leniter emendare *decedere ab illis*, sed praestat fortasse e v. 800 vel II 770 adscire *decedere dempta*. In versu autem 681 haud scio an praeterea scribendum sit *aut* pro *atque*, ut haec iam accurate respondeant versui 677: *quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant* etc.

In v. II libri 719 *eadem* pro eo quod in libris est *quaedam* faciendum esse supra monui. Illic autem omisi, quod omittendum non erat, Bernaysium id recte vidisse. Sed uti eam ob rem laudandus, ita vituperandus est propterea, quod in fine scripsit *omne;* nam res ipsa postulat ut *omnia* sive *omnes res* i. e singulas quasque intelligamus, non *omne* i. e *τὸ πᾶν*. Idem in v. I 1106 parum recte *omne — abeat* fecit. Nusquam enim *omne* simpliciter idem valet quod *omnis materiae copia*, sed, ut par est, *inane* simul complectitur.

Neque emendandi cupidior spero fore ut videar, si v. III 224 faciendum censeo:

nilo oculis tamen esse minor res ipsa ridetur,

ubi libri *nil* habent, et prorsus eodem modo v. 609:

nec prius ad iugulum et superas succedere fauces,

ubi Leidd *supera*. Viet. *super eas* praebet, quod qui primus ut sit *superas* recte emendaverit nescio.

Versu III 700 quomodo haec aut dici aut intelligi possint: *tanto quique magis*, non capio. Singulare hoc dicendi genus, quo qui similiter usus sit neminem se novisse fatetur Lachm. ad VI 459, mihi non probavit. Nam quae Plautus habet, *ter tanto peior, multo tanto carior* (dreimal so viel schlechter, vielmal so viel theurer), ea intelligo saltem. Sed neque hoc de quo res est loco, neque v. V 343 aliud quidquam aptum esse censeo, nisi, quod altero loco Lambinus, altero iam Veronensis editio fecit: *tanto quippe magis*. Utrique enim admodum convenit ironia. Infra autem v. VI 460 Lucretium vix aliter scripsisse iudico atque: *Fit quoque uti montis vicina cacumina coelo Quam sint quaeque magis, tanto magis edita fument.*

Versum III 928:

maior enim turbae disiectus materiai
consequitur leto, nec quisquam expergitus extat etc.

interpretes explicare supersederunt. Equidem comparatis potissimum vv. II 126: *animum te advertere par est Corpora quae in solis radiis turbare videntur, Quod tales turbae motus quoque materiai Significant clandestinos caecosque subesse* et V. 1141 res — *ad summam faecem turbasque redibat* legendum censeo *turba et disiectus*. Nam *turba materiae* nec potest esse omnino nec est vv. I 1113. II 550. simpliciter idem quod *copia materiai* — Ceterum in v. 926 extremo Victorianum recte omisisse puto *est* verbum. Cf. Lachm. ad I 111.

In versu III 950 *quid respondemus nisi* etc., ubi praecedit v. 929 *si vocem rerum natura repente mittat et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa*, Lambinus, homo linguae latinae peritissimus, qui ab ipso Lachmanno dicitur, iure offendit in praesenti indicativi. Simile enim exemplum frustra quaesivi, quandoquidem paullo differunt quae supra posui. Itaque ille voluit sive *respondeamus*, sive *responderimus*. Sed hoc aptum non est, illud quo defendatur habet fortasse. Nam quibus finibus circumscripta esset *e* vocalis cum insequenti synizesis ubi docuit Ritschelius in prolegomenon Plaut. p. 164, in eis formis, quae longam vocalem et ante et post *e* habeant, videri illam permissam fuisse iudicat, a cuius sententia non abhorrent quae

Lachm. p. 192 dixit „duas vocales *breves*, quibus consonans adiecta sit, in unam syllabam coalescere posse praeterquam in compositis, non didici.“ Sed alia, quam *Ritschelius* v. cl. olim me monuit, in promptu est aeque facilis emendatio:

Quid respon d e b i s, nisi instam intendere litem etc.

IV 479: *Notitiem veri, neque sensus posse refelli,*

cum quarto versu ante *notitiam veri* exstet, circumspiciens esset ne causa cur altero loco alteram formam maluerit, rem vero secus esse vidi. Nam non poterat h. l. Lucretius, etsi utramque formam probasse credo, aurium arbitrio id non tribuere, ut *e* vocalem evitaret.

In v. huius libri 615, quem cum proximo Lachm. sic prodire iussit:

Nec, qui sentimus sucum, lingua atque palatum
plusculum habent in se rationis plus operaeve

ubi tamen malim *plusve operai* (*plus opere* libri omnes), aliquid sane causae fuisse Marullo existimo, cur *q u i s* potius quam *qui* scripserit. Nam *relativum* sit necesse est, non interrogativum. Septimo abhinc versu 621:

inde quod exprimimus per cautas omne palati
diditur et rarae perplexa foramina linguae

et per se *perplexa* vox offensioni est (cf. enim locos quibuscumque legitur II 102. 459. 463. V 450) et praepositionem iteratam desideramus. Quare non dubito quin verum exhibeat Victorianus *p e r f l e x a*. Cf. v. 93. 599.

Nec minus opus esse videtur in v. IV 964. *q u a* (sive *ca*) relativo ex *ea* demonstrativo facto, haec sic scribi:

Et quo quisque fere studio devinctus adhaeret,
aut quibus in rebus multum sumus ante morati,
atque in q u a ratione fuit contenta magis mens,
in somnis eadem plerumque videmur obire.

Denique in eiusdem libri v. 1026 *Puri saepe lacum propter* etc. quoniam de *pueris* rem esse ex iis quae statim insecuntur (v. 1030) luce clarius est, quod Lachmanno secus videri satis mirari non possum, si minus *pueri* per synizesin bisyllabon fieri possit eodem modo quo *prohibet* III 863, *prohibeant* trisyllabon I 977. *fluitat* III 189 (et IV 77, si Turnebum sequimur), ex duabus brevibus prima longa facta, *p u s i* erit legendum, de quo vocabulo, quod Varro de l. l. VII, 3 § 28 testatur, Lambinus primus cogitavit. Illud suadet hic versiculus a Cicerone tusc. disp. I. 39. 94 servatus:

módo p u e r o s, modo ádolescentes, in cursu a tergo insequens.

Hisce igitur iam terminis hanc disputationem contineri volo, cui tamen tanquam corollarium sive obsonium quoddam versus II 1023—1174 lingua vernacula redditos subiungam, eo consilio, primum ut quae supra de hac parte exposui magis etiam eluceant, deinde vero ut periti iudices videant, num hoc m e t r o i a m b i c o, quod quoniam nostrae linguae magis nativum in didacticis carminibus usitatissimum nobis est, poetam sui similiorem reddi posse, quam vel a *Knebelio* (eius versionem lectoris commodo iuxta posui) factum est, iure existimem.

Mit Sammlung höre jetzt die wahre Lehre;
Denn neues will mit Macht zum Ohr Dir dringen,
Sich neuer Anblick dar dem Auge stellen.
Doch ist kein Ding so leicht, dass es zu glauben
Nicht anfangs schwerer fiel', und wieder
Nichts so erhaben, nichts so wunderwerth,
Dass mählich nicht das Staunen all sich legte:
Schau nur des Himmels reines, klares Blau
Und, die er birgt, der Sterne schweifend Heer,
Den Mond, der Sonne gold'nen Lichtesglanz:
Säh' alles jetzt zum ersten Mal der Mensch,

Nunmehr wende den Geist auf tiefere Sätze der Wahrheit:
Neue Sache verlangt mit Gewalt in's Ohr Dir zu dringen.
Neuer Dinge Gestalt Dir hin vor die Augen zu treten.
Aber es ist kein Ding so leicht zu begreifen, dass anfangs
Schwerer den Eingang nicht zum Glauben es fände; und nichts ist
Wieder so wunderbar und so gross, dass nicht durch Gewohnheit
Nach und nach die Bewund'rung verlör', und mind're die Achtung.

Nimm das glänzende Blau und die reine Farbe des Himmels,
Und das strahlende Licht der irrenden Himmelsgestirne,
Und den Mond, und den herrlichen Glanz der leuchtenden Sonne;

Böt sich's urplötzlich seinem Blicke dar,
Was hiesse wunderbarer wohl als dies?
Man hätte sich's zu hoffen nie getraut,
Nie, glaub' ich, so entzückend wär die Schau!
Und jetzt, ach! zu des Himmels lichten Räumen
Blickt keiner mehr, des Anblicks satt und müde.
Drum schrecke Dich der Lehre Neuheit nicht
Sie zu verabscheu'n, nein, erwäge sie
Mit Geistesschärfe, und erscheint sie wahr,
Ergib Dich, ist sie falsch, gürt Dich zum Kampf!

Denn da unendlich um dies Weltgewölbe
Des Raumes Kluft, so fragt der Forschersinn:
Was ist dort, wo stets weiter späht mein Geist,
Wo frei selbst des Gedankens Flug sich schwingt?

Es gibt im All zunächst nach keiner Seite,
Nicht rechts, nicht links, nicht oben hoch noch unten
Begrenzung, wie wir sahn; auch spricht für sich
Die Sache selbst und der Begriff des Leeren.
Mit nichten ist's wahrscheinlich drum zu achten,
Da allwärts unbegr nzt der Raum sich dehnt,
Und unermesslich, zahllos, mannichfalt,
Von Ewigkeit der Dinge Samen kreisen.
Dass dieser Eine Erdenball und Himmel
Entstand und weiter nichts die Körper schufen
Ward dieser hier doch von Natur, sowie
Der Dinge Samen, die zuvor aus sich,
Zufällig sich begegnend, ohn' Erfolg
Vielfach in blindem Ungefähr sich trafen,
Zuletzt zusammenwuchsen, was sofort
Dann Anfang stets für grosse Dinge ward,
Für Erde, Meer und Himmel und Beseeltes.
Drum musst Du laut bekennen, anderwärts
Giebt's andre Ballungen des Stoffes noch,
Wie diese, die der Aether fest umschlingt.

Wenn ferner Stoff vorhanden ist in Fülle,
Der Raum nicht fehlt, und keine Kraft, kein Grund
Es hindert, müssen Ding' entstehn und werden.
Nun aber, wenn so gross der Samen Zahl,
Dass nie sie auszählt, was da lebt auf Erden;
Bleibt die Natur die gleiche Kraft, die jene
An jedem Ort vereinen kann, allwie
Sie hier vereint sind: musst Du eingestehn,
Dass anderwärts noch andre Erdenbälle
Und Menschenstämm' und Thiergeschlechter sind.

Dann weiter: nirgend gibt's ein Ding allein
Im All, das einzig wär' und einzig wüchse
Und sonder Gattung sein Geschlecht nicht theilte
Mit vielen. So im Thierreich, edler Freund,
Siehst Du des Wildes walderschweifend Heer,
Der Menschen Kinder so, und so die stummen,
Beschuppten Fisch' und das Geflügel all.
Drum musst Du sagen, auch der Himmel ist
Und Erd' und Sonn' und Mond und Meer und alles
Nicht einzig, nein! unzählig ist's an Zahl.
Denn traun! auch diesen ward ein oberst Ziel

Würde zum erstenmal diess alles dem Auge des Menschen
Dargestellet, als trät' es hervor nun eben am Schauplatz;
Könnte was wundernswürdiger's wohl man nennen, nur etwas,
Das die Menschen zuvor nie hoffen durften zu sehen?
Nein, in der That, so gross und so herrlich wäre der Anblick.
Dennoch würdiget kaum, des Schauspiels müde, nur Einer
Aufzuschlagen die Augen zum leuchtenden Tempel des Himmels.
Darum wolle Du nicht, von der Neuheit selber erschrecket,
Werfen die Gründe von Dir; vielmehr mit geschärftem Urtheil
Prüfen dieselben; und find'st Du sie wahr, so reiche die Hand mir;
Findest Du aber sie falsch, so rüste dagegen zum Kampf Dich.
Denn es suchet der denkende Geist, da unendlich der Raum ist
Ausser den Mauern der Welt, was weiter noch möchte daselbst sein,
Das mit dem Sinn des Gemüths erreichen er könne; wohin er
Einen freieren Wurf des Gedankens zu richten vermöge.

Erstlich, es ist in dem All, wie gesagt, kein Ende der Dinge;
Nirgends, von keiner Seite, nicht unten, noch oben; zur Rechten
Nicht, noch zur Linken: es spricht die Sache sich selbst durch sich laut aus.
Und es leuchtet hervor aus des Unbegrenzten Natur schon.
Unwahrscheinlich daher ist's, dass bei unendlichem Raume,
Bei unzählbarer Zahl der Stoffe, welche die Tiefen
Allenthalben durchschwärmen, von ewiger Rege getrieben,
Dass sich nur Eine Welt, nur dieser Himmel gebildet;
Jener unendliche Stoff ohn' alle Wirkung geblieben.
Und vorzüglich auch noch, da die Welt das Werk der Natur ist;
Selbst sich von ungefähr, aus freien Stücken, der Dinge
Samen gegen einander auf mancherlei Weise getroffen;
Sonder Absicht und Zweck, zufällig zusammen gedränget;
Endlich in solcher Gestalt sich vereinet haben zur Masse,
Dass sie im plötzlichen Wurfe der Ursprung wurden von grossen
Dingen: der Erde, des Meers, des Himmels, der lebenden Wesen.
Dass kein Zweifel demnach zur Ueberzeugung Dir obsteht.
Dass die Materie nicht an anderen mehreren Orten
Gleiche Verbindungen habe, wie diese Verbindung der Welt ist,
Welche der Aether umfasst mit weit umschliessenden Armen.

Wo die Materie nun in ergiebiger Menge vorhanden,
Wo es an Raum nicht gebricht, kein Ding das hindert im Weg' ist;
Da muss etwas entsteh'n, da müssen die Wesen sich bilden.
Ist nun die Zahl der Stoffe so gross, dass solche zu zählen
Nicht hinreichte das Alter von allen erschaffenen Wesen;
Bleibt fortdauernd dieselbige Kraft, dieselbe Natur da,
Hinzuschleudern an jeglichen Ort die Samen der Dinge,
Auf die nämliche Art wie sie hieher wurden geworfen:
Könntest Du zweifeln, dass nicht in anderen Gegenden andre
Erden noch sind, ein andres Geschlecht der Thiere, der Menschen?

Dazu kömmt, dass in weiter Natur kein Wesen zu finden,
Das nur einzig in Art, nur einzig entstehet und aufwächst:
Immer gehört es zu einem Geschlecht, und eben der Art sind
Mehrere da. So ist's vorzüglich bei lebenden Wesen;
Mehrere sind der Arten des bergdurchschweifenden Wildes,
Und des Doppelgeschlechts der Menschen, der schuppigen Fische
Stummen Heerden, der sämmtlichen Schaar geflügelter Wesen.
Dieses beweiset uns klar, dass Erd' und Meer und der Himmel,
Und die Sonne, der Mond, und alle die übrigen Dinge,
Auf die nämliche Art, nicht einzig, sondern unzählbar
Da sind: ihnen das Ziel so gewiss vom Schicksal gesteckt sei,

Gesteckt des Daseins, und es ward so gut,
Wie jede Art, die hier Geschlechter zählet.

Und sie eben sowohl aus sterblicher Masse bereitet,
Als ein jedes Geschlecht, so zahlreich solches in Art ist.

Wenn dies Du wohl erkannt, siehst Du sofort,
Dass die Natur, von stolzen Herrschern frei.
Aus sich allein schuf alles ohne Götter.
Denn bei der Götter heil'gem Sinn, die ruhig
Und ungetrübt ihr heitres Dasein leben.
Wer lenkte wohl das unermessne All?
Wer hielt' in seiner Hand die starken Zügel?
Wer drehte all die Himmel und erwärmte
Mit Aetherfeuer all der Erden Schoss?
Wer wäre jeder Zeit an allen Orten.
Dass er des Himmels Heitre mit Gewölk
Umzög' und Donner rollt' und Blitze schleudre —
Auf eigne Tempel oft, dann in der Oede
Wild übe sein Geschoss, das oft den Frevler
Vorbeifährt und Unschuldge tödtend trifft?

Hast Du dieses erkannt, so wird hinfort die Natur Dir
Frei erscheinen, und fern von der Herrschaft stolzer Gebieter:
Alles bewirkend durch sich, ohn' allen göttlichen Einfluss.
Denn bei der Götter heiligem Sinn, die in friedlicher Ruhe
Ungestöret geniessen ein ewig heiteres Leben;
Wer vermöchte diess All, das Unbegrenzte, zu lenken:
Wer mit mächtiger Hand zu halten die leitenden Zügel?
Wer vermöchte zugleich die Himmel alle zu drehen.
Und mit ätherischem Feuer zu dünsten die fruchtbaren Erden?
Gegenwärtig zu sein an allen Orten, zu allen
Zeiten? damit er den Tag in Wolken hülle, des Himmels
Auen mit Donner erschütt're; dann Blitze schleud're, die eignen
Tempel damit zu stürzen; darauf voll Grimm in die Wüsten
Ziehend, übe noch da das Geschoss; das öfters vorüber
Schuldige geht, hinschmettert den Unverschuldeten, Biedern?

Auch nach der Welt Entstehung, nach des Meers,
Der Erd' und Sonne erstem Morgen, worden
Noch viel' Atome, viele Samen rings
Hinzugeworfelt von dem grossen All:
Dass Meer und Erde wüchse, dass sich dehne
Des Himmels Haus und fern sein Aetherdach
Hoch hüb' empor und höher stieg die Luft.
Denn jedem fliessen seine Körper rings
Im Stosse zu; sie suchen ihre Art,
Das Feuchte Feuchtes, Erde wächst durch Erde,
Und Feuer nährt das Feuer, Luft die Luft:
Bis zu des Wachsthums höchstem Ziel Natur,
Der Dinge Schöpferin, jedwedes führte.
Wann nämlich mehr nicht in die Lebensadern
Hinein- als ausströmt und zurückfliesst:
Dann steht das Leben still jedwedem Ding,
Und rückwärts lenkt das Wachsthum die Natur.
Denn alles, was Du munter wachsen siehst,
Langsam hinan des Lebens Stufen steigen.
Nimmt mehr Atome auf, als es entsendet,
Weil leicht in seine Adern strömt die Nahrung.

Und nicht zu gross sein Umfang, dass es viel
Verlör' und mehr verbraucht', als zu sich nähme.

Denn dass den Dingen vieler Stoff entfahre,
Musst Du gestehn; doch mehr noch fliesst hinzu.
Bis sie des Wachsthums höchsten Punkt erreicht.
Dann schwindet allgemach die Kraft und Fülle,
Und abwärts geht es mit dem Alter dann.
Denn um wie grösser etwas, fehlt das Wachsthum.
Und breiter ist, entsendet und verliert es
Auch mehr Atome rings nach allen Seiten.
Nicht leicht fliesst Nahrung in die Adern all,

Und nicht mehr beut, so strömt es ebbend aus.
Ersatz genug und Zuwachs sich ihm dar.
[Durch Nahrung muss ja alles frisch erneut,
Gestärkt durch sie, durch sie erhalten werden;
Allein die Adern fassen nicht genug

Nach der Geburtszeit unserer Welt, und nach dem erstand'nen
Erstgeborenen Tag des Meeres, der Erde, der Sonne,
Kamen von aussen hinzu noch viele der Körper, noch viele
Samen von aussen herbei, aus dem grossen Ganzen geschleudert:
Dass die Erde, das Meer, dadurch anwachsen noch könne,
Und sich erweitern daraus der Raum des himmlischen Hauses;
Höher sich hebe sein Dach, von der Erd' aufsteige der Luftraum.
Denn aus jeglichem Ort wird jedem der eigene Grundstoff
Zugetheilet durch Trieb, und wendet zu seiner Natur sich.
Wasser erwächst zum Wasser, durch erdige Stoffe die Erde,
Feuer schmiedet das Feuer, zum Aether steiget der Aether:
Bis die Vollenderin dann, die schaffende rege Natur, sie
Alle zum letzten Ziel des eigenen Wuchses gebracht hat.
Dieses geschiehet, sobald die schöpfenden Lebensgefässe
Mehr nicht fassen des Stoffs, als ihnen entweichet und abgeht:
Dann erreichen die Dinge die höchste Stufe des Zustands;
Hier beschränkt die Natur durch eigene Kräfte den Anwuchs.
Denn was immer in fröhlichem Wuchs aufschiesset und gross wird,
Nach und nach zu den Stufen des reiferen Alters emporklimmt,
Nimmt mehr Stoffe zu sich, als es austreibt: weil die Gefässe
Leichter die Nahrung empfangen, und selbst so weit nicht gedehnt sind

Viel zu entlassen davon; den Aufwand grösser zu machen.
Als der Ertrag einbringt, und der Mensch durch die Speise zu sich nimmt:

Denn nur allzu gewiss entdünstet gar vieles den Dingen,
Und entweichet davon: doch bis sie den Gipfel des Wachsthums
Völlig hahen erreicht, muss mehr ansetzen sich ihnen.
Nachher bricht allmählich die Zeit Vermögen und Mannkraft,
Und es schmilzt das Leben dahin zur schlimmeren Hälfte.
Denn je grösser ein Ding an Umfang oder an Masse.
Nimmt man den Zuwachs ihm, so werden nur mehrere Theile
Allenthalben von ihm zerstreuet, und weiter versendet:
Selbst auch die Nahrung vertheilt nicht mehr so ganz und so leicht sich;

Und sie reichet nicht hin, bei solch ausströmender Menge,
Zu des Verlustes Ersatz, durch den die Natur sich erneuet.
Also verzehrt sich ein Ding, indem sich dasselbe durch Abgang
Mindert, auch alles zuletzt den äusseren Schlägen erlieget:
Denn die Nahrung entgeht mit dem hohen Alter dem Körper;

Und nicht genug mehr bietet die Natur.] [30])
Mit Recht vergeht drum alles, ist's durch Abfluss
Geschwächt und unterliegt's dem Stoss von aussen.
Denn mit der Zeit gebricht's an Nahrung endlich;
Auch trifft ohn' Unterlass von aussen feindlich
Zermalmend jedes der Atome Stoss.

So also wird auch dieser Welt Gemäuer
Bewältigt einst in morsche Trümmer stürzen.
Und schon ist schwach das Alter, und entkräftet
Zeugt Thierchen kaum die Erde, sie, die alle
Geschlechter schuf und Riesenleiber zeugte.
Denn, traun! nicht liess ein golden Seil vom Himmel
Die Thiergeschlechter auf die Erde nieder,
Nicht Meer, nicht Wogenbrandung schuf sie, nein!
Die Erde zeugte sie, die jetzt sie nähret,
Auch prächt'ge Saaten bot sie, volle Reben,
Von selbst vordem den Menschen freundlich dar,
Sie selbst gab süsse Früchte, frohe Weiden:
Und jetzt — bei aller Müh will nichts gedeihn!
Der Landmann reibt Gespann und Kräfte auf,
Zerbraucht den Pflug und kaum gewinnt er Nahrung:
So spärlich und so mühsam wächst die Frucht.
Er schüttelt oft sein greises Haupt und seufzt
Beim Pfluge: fruchtlos rann der Hände Schweiss!
Und wenn er seine Zeit vergleicht mit frühern,
So preist er glücklich oft des Vaters Loos
Und klagt, dass man in alten, frommen Tagen
Im engen Kreise leichter trug das Leben,
War viel geringer auch des Landes Mass.
So gibt betrübt der matten Rebe Bauer
Dem Wetter Schuld, den Himmel klagt er an,
Und denkt nicht, dass allmählich alles welkend
Zu Sarge geht und alternd unterliegt.

Niemals lassen auch ab die hammernden Körper von aussen
Zu zermalmen ein Ding, und feindlich es niederzuschlagen.

Also werden, bekämpft von allen Seiten, des Weltbaus
Mächtige Mauern dereinst in Schutt und Ruinen zerfallen.
Alles muss sich allein durch Speise wieder ergänzen;
Wird durch Speise gestützt, und unterhalten durch Speise.
Aber umsonst; es nehmen nicht mehr den nöthigen Zufluss
Auf die Gefässe: hinlänglichen Dienst versagt die Natur auch.

Solches erweist die entkräftete Zeit: die erschöpfete Erde
Bringt kaum kleine Thiere hervor; sie, die alle Geschlechter
Sonst erzeugte, die Mutter von ungeheuern Gestalten.
Denn nicht hat, wie mich dünkt, die Geschlechter lebender Wesen
Niedergelassen ein goldenes Seil vom Himmel zur Erde;
Noch das Meer sie erzeugt, noch die klippenschlagenden Wogen,
Sondern die Erde, die jetzt sie ernährt, die hat sie geboren.

Auch hat üppige Saat, auch hat sie den fröhlichen Weinstock,
Selbst, aus eigener Kraft, zuerst dem Menschen gestiftet.
Sie gab lieb'liche Zucht auf fröhlichen Angern und Weiden,
Deren Gedeihen wir kaum durch Fleiss und Arbeit erzwingen.
Wir ermatten den Stier, erschöpfen die Kräfte des Landmanns;
Kräfte, die nun kaum mehr den trägen Feldern genug sind:
Also verzehrt sich der Keim, so mehret sich Arbeit und Mühe!
Und schon schüttelt das graue Pflüger, und seufzet,
Dass ihm die Arbeit so oft hinab ins Eitle gefallen.
Dann vergleicht er die Zeit, die jetzt ist, mit der vergangnen,
Preiset der Väter Glück. Auch klaget der traurige Winzer,
Wann er die vorige Zeit durchschaut, die veraltete Rehe
Und die Götter an, den nicht mehr günstigen Himmel.
Schilt, wie doch ehemals, wo mehrere Frömmigkeit herrschte,
Auch bei begrenztem Gut, die Menschen gemächlicher lebten;
Als weit weniger Aecker und Feld für den einzelnen da war.
Aber er sieht nicht ein, wie alles allmählich sich abzehrt,
Alles zu Grabe geht, von dem langen Alter ermattet.

Scr. Juvaviae
mense Quintili CIↃIↃCCCLVII.

Dr. Eduardus Goebel.

---

30) Sero autem hanc transpositionem, si ullam aliam, necessariam esse intellexi, quam vix rationibus me defendere opus est. Adeo enim „res ipsa per se vociferatur.“ Lambinus jam v. 1147 *reiciendum censuit*, cui Creechius adstipulatus: „delendus est, inquit, immo, si libri permitterent, tres alios rejicerem.“ Hic, qui idem sensit, quod ab illo non monitus ego sensi, nisi arte parum valuisset, verum videre poterat, hos versus 1146—9 post v. 1138 potius traiciendos esse. Attamen vix mihi temperare possum, quin insuper hinc statim progrediar ad v. 1141—3, ita ut vv. 1139 et 40 *Jure igitur perunt — plagis* huius capituli postremi fiant. Unde quanto melius ad v. 1144 *Sic igitur* etc. transeamus, in promptu est. Sed dicere fortasse possis, Lucretius si carmen perfecisset, futurum fuisse ut alia hinc prorsus resecaret, alia arctius contraheret.

Conspectus versuum,

de quibus emendandis emendatisve in hac disputatione iudicatur.

		pag.
I v.	50	9 (n. 15)
	122	28
	367	—
	450	22
	517	20
	525	28
	569	—
	581	13
	594	28
	599 seq.	19—20
	611	20
	618	22
	628	20
	631	—
	680	29
	720	22
	830	12
	834	21
	853	23
	858	16
	1106	29
II v.	88	23
	547	—
	648	10
	650	—
	651	—
	656	11
	681	—
	693	—
	710	—
	719	11, 29
	734	11
	759	—
	763	12
	785	—
	800	—
	815	13
	817	—
	821	11
	829	13—14
	846	14
	860	—
	864	—
	896	—
	902—5	—
	911	—
	922	15
	923	14
	932 & 33	—
	936	—
	941	—
	943	15
	960	—
	963	—
	986	16
	1004	—
	1010—12	16—17
	1013—21	17
	1030	—
	1034	—
	1047	—
	1058 & 59	—
	1068	—
	1070	18
	1072	—
	1089	—
	1120	—
	1122	—
	1125	—
	1130	19
	1135	16
	1165	9, 19
	1170—72	19
	1146—49	(33 n. 30)
III v.	17—19	20
	224	29
	234	12
	239—40	24
	290	12
	404	21
	493	24
	531	13
	574	25
	606	22
	609	29
	617	23
	657	25
	694	21
	700	29
	868	25
	894	—
	926 & 28	29
	935	23
	950	29
	1442	21
IV v.	147	28
	152	—
	209	—
	479	30
	490—93	25
	516	11
	615	30
	621	—
	740	25
	912	7 (n. 8)
	934	23
	964	30
	1026	—
	1181	16
V v.	343	29
	428	11
	440	—
	491	13
	610	12
	768	—
	923	26
	947	—
	1106	—
	1267	—
VI v.	165	13
	185 seq.	21—22
	213	12
	242	26
	286	27
	368—70	—
	456	22
	460	29
	550	27
	563	—
	749	12
	755	23
	759	21
	818	12
	916	22

COLUMBIA UNIVERSITY
0025987577